

# BOSSCHE BIJDRAGEN

BOUWSTOFFEN VOOR DE GESCHIEDENIS  
VAN HET BISDOM 's-HERTOGENBOSCH

ONDER REDACTIE VAN

MGR. A. FRENKEN  
MGR. DR. TH. GOOSSENS  
H. HENS

DEEL XXVII

1963 - 1964

DRUKKERIJ EN UITGEVERIJ „ST. MICHAEL” — ST. MICHIELSGESTEL

## INHOUD:

De latere kerkvisitatie (na die der eerste Bossche Bisschoppen, zie BB XXV 23-89) door A. M. Frenken, pr.	blz. 1
---	--------

## VOORWAARDEN:

De „Bossche Bijdragen” verschijnen minstens éénmaal en hoogstens driemaal in het jaar op niet vast bepaalde tijden.

Drie afleveringen vormen één deel.

De prijs van één deel bedraagt fr. p. post f 10.—.

Telkens bij het verschijnen van de eerste aflevering van een deel zal over het bedrag van het gehele deel worden beschikt.

De intekening staat open bij de Administratie te 's-Hertogenbosch, Gheert van Woustraat 2, en bij de Boekhandel.

Brieven, boeken of bijdragen voor dit Tijdschrift te adresseren aan de Redactie-Secretaris, Dr. TH. GOOSSENS, 's-Hertogenbosch, Gheert van Woustraat 2, Postgirorekening n. 1069633.

# BOSSCHE BIJDRAGEN

BOUWSTOFFEN VOOR DE GESCHIEDENIS  
VAN HET BISDOM 's-HERTOGENBOSCH

ONDER REDACTIE VAN

MGR. A. FRENKEN  
MGR. DR. TH. GOOSSENS  
H. HENS

DEEL XXVII

1963 - 1964

## INHOUD:

De latere kerkvisitatie (na die der eerste Bossche Bisschoppen, zie BB XXV 23-89) door <i>A. M.</i> <i>Frenken, pr.</i>	blz. 1
Registers	blz. 219



ABRAHAM BLOEMAERT (1564-1651)

Haaren, Seminarie, Archief n. 160

Zie blz. 115

## De latere kerkvisitaties (na die der eerste Bossche Bisschoppen, zie BB XXV 23-89)

door

A. M. FRENKEN, pr.

Bij de aanvang van zijn episcopaat in 1594 vond Gijsbertus Masius de ergste misstand in het bisdom, bijzonder onder de parochiale geestelijkheid, reeds voor het grootste deel verholpen, dank zij het door Sonnius en Metsius krachtig ingezet en doorgevoerd hervormingsproces. Toch bleven — vanzelfsprekend, mag men zeggen — bepaalde toestanden of misbruiken nog altijd te verbeteren of uit te roeien. De straks volgende kerkvisitaties der bisschoppen Masius, Zoesius en Ophovius en der landdekens van Oss, Helmond en Hilvarenbeek zullen het bewijzen.

Evenals Sonnius en Metsius, vonden ook Masius en zijn opvolgers de meeste tegenstand bij de kapittelkanunniken, althans bij de meerderheid, die zich nog altijd met de moed der wanhoop te weer stelde tegen elke poging om haar oude rechten en vrijheden uit te schakelen of in te korten. Toch was de geestesgesteldheid der kapittels sinds 1568 merkkelijk verbeterd. Zo zal het Kathedraal kapittel van Den Bosch de bisschop nog wel op verscheiden punten zijn jurisdictie betwisten, maar toch niet meer weigeren hem als zijn superieur te erkennen; nog wel met hem in geding treden over de toepassing van sommige decreten van het Concilie van Trente, maar het gezag van dat concilie niet meer ontkennen, zoals in 1568.

Onder de parochiale geestelijkheid van het bisdom was het hervormingsproces van Sonnius en Metsius over het algemeen zeer vruchtbaar geweest. Wel had de oorlogsduur de toestand

der meeste parochies onder materieel opzicht sinds 1568 veel verslechterd. Mede ten gevolge daarvan zag Masius zich geplaagd voor grote gebreken in de parochiale zielzorg. Vele priesters, mogelijk de meesten, waren beneficianten zonder zielzorg, waarvan sommigen een beneficie bezaten, dat krachtens zijn stichting residentie vereiste, en die niet resideerden, terwijl er onder de zielzorgers waren, die in theologie en andere priesterlijke wetenschappen geen voldoende bekwaamheden bezaten. Daarom was het des te meer te betreuren, dat men het door Metsius opgericht seminarie in of rond 1585 noodgedwongen had moeten opheffen, omdat de zware oorlogslasten en allerlei rampen zulk een armoede hadden veroorzaakt, dat de jaarlijkse bijdragen, die aan abdijen, kloosters, kapittels, beneficiés en meer andere geestelijke stichtingen tot onderhoud van het seminarie waren opgelegd, voor een groot deel niet meer betaald werden, een verschijnsel, dat zich blijkens de correspondentie van de eerste Bossche seminariepresident Coeverinx ook in andere seminaries in die tijd voorded. <sup>1)</sup> Ook zal uit de latere visitaties nog blijken, dat enkele pastoors nog geen catechismus gaven, of althans niet regelmatig, en dat een paar van hen wegens incontinentia hun „peccavi” aan de visitator beleden. Over een paar anderen liep wel eens een kwaad gerucht, waarvan men geen zekerheid had, dat het geloof verdiende. Van meerdere priesters werd getuigd, dat ze herbergen bezochten; al deden zij dit ter ontspanning of om een op zich zelf te billijken reden, toch werd het gesignaleerd, wijl alle herbergbezoek aan priesters, behalve op reis, verboden was. <sup>2)</sup> Alleen van een paar beneficianten wordt gezegd, dat zij zich aan grof drankmisbruik schuldig maakten.

De algemene indruk, die de verslagen over het geheel genomen geven, is dat de parochiegeestelijkheid haar plicht deed. Wel behelzen zij veelvuldige verklaringen over het niet volbrengen der beneficiënlasten, zoals het niet exoneren van het bepaald aantal H. Missen, maar dit euvel vond meestal zijn oorzaak in de ontwaarding der beneficiëfondsen en werd daarom feitelijk grotendeels door de bisschoppen verontschuldigd. De meeste klachten betroffen het verval der kerkgebouwen met hun

inventaris, paramenten enz. en het onvoldoende beheer der kerken en armgoederen. Deze klachten waren gericht tegen de kerkmeesters, die met het beheer der kerkfabriek, en tegen de H. Geestmeesters, die met het beheer der armgoederen waren belast, niet tegen de pastoors. Integendeel het waren de pastoors, van wie deze klachten meestal uitgingen. Bovendien was dat verval hoogstens hier en daar en dan nog slechts voor een klein gedeelte aan de kerk- en armmeesters te wijten, veroorzaakt als het was door de oorlogshandelingen, brandstichting, plundering enz., en de armoede in het bisdom bij particulieren en corpora was zo groot, dat in vele parochies, ook zelfs ten tijde van het 12-jarig bestand, aan herstellingswerken van enige betekenis niet te denken viel.

Bij de beoordeling van de kerkelijke toestand, die de verslagen te zien geven, behoort men voorts in acht te nemen, dat de visitaties — zoals Dr. Goossens terecht heeft opgemerkt (BB VI 198) — ons geen volledig beeld van de toestand der diverse parochies kunnen geven. Daarvoor waren zij te vluchtig en bovendien beoogde het onderzoek in hoofdzaak de bestaande misbruiken en abnormale toestanden te kennen, zodat het goede en normale in de parochies slechts hier en daar per accidens vermelding vond.

Intussen geven zij duidelijk te verstaan, dat clerus en volk vrij algemeen, ondanks alles, trouw bleef aan het katholiek geloof. Het gering aantal protestanten, dat zij in de diverse parochies vermelden, bevestigt ten overvloede, wat reeds lang algemeen bekend was, dat het protestantisme in het bisdom weinig ingang vond.

A. *Visitatie van het Kathedraal Kapittel van 's-Hertogenbosch*  
12—26 sept. 1595 (Arch. bisd. 's-Bosch A K 1—20B)

12 sept. 1595 om 9 uur in de morgen verscheen Masius in de op zijn bevel door de bastionarius (roedrager) aangezegde kapit-

telvergadering. Behalve deken Coeverincx en 19 kanunniken waren ook de sextariers als de afgezanten der beneficianten aanwezig. De vergadering toesprekend, zette de bisschop het nut en de noodzakelijkheid der canonieke kerkvisitaties uiteen en verklaarde van plan te zijn, om voor zover de ongunstige tijdsomstandigheden hem zouden toelaten, alle kerken van zijn bisdom te visiteren, beginnend met zijn St. Janskathedraal. Na door de priester-notaris Herman Tfilters zekere brieven van het Hof, waarin hem de visitatie was opgedragen, te hebben doen voorlezen, stelde hij zijn toehoorders de vraag, of zij bereid waren zijn visitatie toe te staan en hem daartoe de nodige documenten te bezorgen. Na een korte beraadslaging van deken en kapittel ontving hij een bevestigend antwoord. <sup>3)</sup>

Twee dagen daarna begon hij met de kapittelheren een voor een te zijnen huize te ontbieden, evenals Sonnius in 1568 had gedaan, voor het nodig interrogatorium. Enkelen van de opgeroepenen waren vergezeld van twee confraters als zwijgende getuigen.

Het verslag, voorzien van perkamenten omslag, telt niet minder dan 27 folio's (waarvan twee slechts aan één zijde beschreven).

Ten gerieve van den visitator staan vóóran navolgende vragenreeksen :

#### De Officio Divino

- 1 An satis reverenter devote et distincte persolvatur officium divinum ?
- 2 Anne sint qui strepitu, fabulis aut discursionibus perturbant officium divinum ?
- 3 Anne expediret, ut ille frequentes excursionses e choro impediantur ?
- 4 An non expediret, ut illi mulctentur qui sub divino officio sedent fabulantes aut aliud facientes extra chorum ?
- 5 Anne videatur necessarium ut deducantur in usum et praxim capita Consilii Provincialis Mechliniensis de officio et cultu divino, saltem quantum capitulum alias tempore Rev. D. Metsii recepit et multis annis observavit ?

- 6 An non sint aliqui suspecti, qui non legant horas ?
- 7 An non sint saepius celebrantes et rarius aut numquam confitentes ?
- 8 An omnes confiteantur sacerdoti ab ordinario admisso ?
- 9 An non sint celebrantes, qui sunt irregulares aut censuris ecclesiasticis irretiti ?
- 10 An non sint sacerdotes, qui numquam aut raro celebrent ?
- 11 An non misceantur superstitiones alicui cultui divino ?

#### De Decretis et Constitutionibus Ecclesiasticis

- 1 An Consilium Tridentinum plene observetur ?
- 2 An statuta et ordinationes capituli debitae executioni mandentur illisque a suppositis pareatur ?
- 3 An non sint aliqua statuta et consuetudines antiquae, quae videntur vel ab ipso initio iniquae, vel successu temporis depravatae, vel in abusum tractae ?
- 4 An defectus bene corrigantur ?

#### De Foundationibus et piis legatis.

- 1 An piis foundationibus satisfiat ?
- 2 An eleemosinae, capitulo ad distribuendum relictæ, bene distribuantur et administrentur ?
- 3 An anniversaria recte celebrentur et distributiones pro anniversariis relictæ bene et secundum voluntatem testatoris distribuuntur ?
- 4 An executores testamentorum intra tempus a jure constitutum gestorum computum et rationem reddant ?
- 5 An non sint aliqua beneficia aut foundationes suppressæ ?
- 6 Anne aliqui redditus, certis oneribus et foundationibus relictis, sint redempti et anne illa pecunia iterum ad eandem naturam sit applicata ?
- 7 Anne sint aliquæ foundationes imminutæ aut mutatae sine licentia superiorum ?
- 8 Anne sit facta aliqua alienatio bonorum capituli aut super iis bonis facta aliqua oppignoratio pro annuo reddito sine licentia superioris ?
- 9 Anne sit factum inventarium bonorum capituli ?
- 10 An bona capituli bene administrentur et an administratores singulis annis computum reddant publice coram omnibus confratribus ?
- 11 An reddatur singulis annis computus poenoris ?

- 12 An hospitalia, quae gubernantur partim per canonicos, partim per alios, bene administrantur ?

De muneribus et officiis personarum.

- 1 Num illi qui habent beneficia vel officia certis oneribus affecta prestant ad quod obligantur ?  
 2 An non sint qui plures missas suscipiunt quam celebrant ?  
 3 An decanus satisfaciatur officio suo ?  
 4 An cantor bene fungatur officio suo ?  
 5 An plebanus sedulo faciat officium suum ?  
 6 Num satisfiat scholasteriae ?  
 7 An ludimagistri omnes examinati sint et approbati ?  
 8 An habeatur semper ratio librorum in scholis praelegendorum ?

De probitate Vitae

- 1 An sint ebriosi et temulenti et tum rixosi ?  
 2 Anne sint qui frequentant tabernas aut loca inhonesta ?  
 3 Anne sint percussores ?  
 4 Anne sint aleatores aut chartis ludentes ?  
 5 Anne sint noctivagi in habitu seculari ?  
 6 Anne sint similitudines et schandalosa dissidia inter confratres ?  
 7 An non sint concubinarij aut de incontinentia suspecti ?  
 8 An non sint qui ancillas habent suspectas aut conversentur cum mulieribus suspectis ?  
 9 An non sint qui extra domum alant mulieres suspectas ?  
 10 An non sint qui domi alant proprias proles ?  
 11 An non sint de haeresi suspecti aut habentes libros hereticos, aut libere et scandalose de materiis controversis disputantes ?  
 12 An non sint qui liberius cum hereticis conversentur ?  
 13 An non sint qui simoniace sint adepti sua beneficia ?  
 14 An non sint qui dant pensiones, nec per sedem apostolicam, nec per ordinarium reservatas ?  
 15 An non sint qui plura habent beneficia incompatibilia ?  
 16 An non sint qui exponant pecuniam sub usura ?  
 17 An acta capitularia diligenter describantur in registro in presentia canonicorum; an fideliter describantur; an non saepius describantur in absentia canonicorum et an liceat omnibus habere accessum ad acta capitularia ?  
 18 An conciones fundatae fiant intentione et modo quo sunt fundatae ?

- 19 An bona Bonorum Infantium et coraliū bene regantur?  
 20 An munimenta capituli bene conserventur?  
 21 An non sit magnus abusus, quod canonici convenient in loco capitulari sub divinis, choro et cultu divino deserto, et qua ratione ille tolli possit?

In generali petatur : An non sciant aliquem defectum, quem corrigi cupiunt?

Zijn de responsa in verslagen van kapittelvisitaties (evenals van kloostervisitaties) over het algemeen „caute legenda”, zo mag dit in het bijzonder gelden van de Bossche kapittelvisitatie van 1595, omdat de gezamenlijke beneficianten-in-dienst-van-het-Kapittel toentertijd in geschil lagen met de kanunikken over hun inkomsten. De wederzijdse uitgebrachte beschuldigingen zullen dus allicht niet geheel vrij zijn geweest van partijdigheid. Ook zal men meer dan eens het adagium „Quisque judicat prout est affectus” bevestigd zien. Sommigen b.v. oordeelden, dat het Concilium Tridentinum goed onderhouden werd, anderen meenden van niet.

In de uitgave der visitatie van het Bossche Kapittel, gehouden door Sonnius in 1568 (zie BB XXV 23 e.v.), werden sommige van de door de deponenten afgelegde verklaringen door mij achterwege gelaten als zijnde slechts herhalingen van voorafgaande verklaringen en daarom van te weinig belang. Toch kan ik begrijpen, dat iemand, die het origineel verslag niet las, twijfelde of niets zou zijn weggelaten, wat voor hem van betekenis zou kunnen zijn. Een historicus van gezag schreef dan ook het op prijs te zullen stellen „indien de uitgever bij verdere publicaties aan de lezer geen twijfel overlaat over datgene wat is weggelaten”.<sup>4)</sup> Daarom zullen in deze uitgave alle verklaringen zonder uitzondering worden weergegeven, al zal een ander criticus straks wellicht oordelen, dat verscheidene daarvan als overbodig beter waren weggebleven.

De taal, waarin het verslag is gesteld, lijkt me kortweg niet beter te kwalificeren dan als een omzetting van de Brabantse volkstaal in een latijn, dat goeddeels een soort keukenlatijn ge-

noemd mag worden. De schrijffouten zullen veelal zijn toe te schrijven aan de haast, waarmee de verslaggever moest te werk gaan.

Omdat in de verklaringen der deponenten herhaaldelijk sprake is van de bepalingen van het eerste Provinciaal Concilie van Mechelen betreffende het *Officium Divinum*, meen ik goed te doen met bedoelde bepalingen nog aan het verslag te laten voorafgaan.

## DE OFFICIO ET CULTU DIVINO.

### Caput I.

*Ante omnia divinum Officium fiat statis horis, tractim, semper integrè distinctè devotè & reverenter per eos ad quos propriè pertinet; observato tamen discrimine dierum solemnium à feriabilibus et minus solemnibus.*

### Caput II.

*Distributiones Chori dispensentur secundum praescriptum Concilii Tridentini arbitrio Episcoporum; sic tamen quod in majoribus Horis, scilicet Matutinis, summa Missa et Vesperis notabiliter majores sint, quam in minoribus Horis; nec tamen in minoribus tam exiguae sint, ut negligantur.*

### Caput III.

*Deinde non alii distributiones recipiant quam statis horis in Choro intersint, videlicet in Matutino ante finem primi Psalmi, similiter in Vesperis et in aliis Horis: in Missis vero tam de tempore quam Anniversariorum, ante primam Collectam, et inibi a principio usque ad ultimam cujusque Officii Orationem inclusive, excepta necessitatis causa, permanserint: et tum demum et non antea, plumbetorum ad hoc ab Episcopis ordinandorum distributio fiat. Ceteri vero, quavis collusione aut remissione exclusa, distributionibus careant, nisi excusentur ex causis expressis in Capitulo „Consuetudinem” de Clericis non residentibus in Sexto. Si autem in quibusdam Ecclesiis ex fundatione, statuto vel consuetudine citius interesse divino Officio teneantur, vel diutius in eo permanere, non vult Synodus illis derogatum esse.*

De eerste van de deponenten was de kapitteldeken Gijsbertus Coeverincx.

14 september 1595. **D. Gisbertus Coeverincx**, episcopus Daventriensis designatus, canonicus et decanus, cum **Conrado Ottonis** archyepresbytero et **Simone Verepeo** canonicis.

### De officio divino.

Interrogatus super 1<sup>o</sup> articulo, dicit quod tolerabiliter fiat, quamvis optat majorem adhiberi sollicitudinem, ut distinctius fiat pronuntiatio et in tempore quae cantanda sint provideantur.

Ad 2<sup>um</sup> art. dicit, quod aliquando misceantur fabulae, ad quas impediendas non ita diu capitulum certam statuit penam, nec putat fuisse tam magnas fabulas, ut notabiliter perturbaverunt divinum officium.

Improbat quoque discursiones, quae quandoque fiunt et maxime sub Te Deum Benedictus Magnificat Nunc dimittis et Evangelio et sub Gloria Patri in missa et responsorii, conformiter fere ad tabulam ceremoniarum, quae pendet in choro.

Ad 4<sup>um</sup> contra *fabulantes extra chorum* dicit illi malo obvium esse, si serventur statuta capituli.

Ad 5<sup>um</sup> art. dicit se optare et cupere ut capita priora consilii Provincialis Mechliniensis in praxim deducantur, quamvis hoc non existimet absque magna difficultate introduci posse propter erectionem laxiorem <sup>5)</sup>, et putaret facilius ea decreta observari posse, si moderatio aliqua a Rev.ma Dominatione concedatur seu saltem dissimuletur ut alias concessum videtur a Rev.mo Dno Sonnio, vel saltem quod pausa aliqua notabilis fiat post pulsum ad officium antequam fiat inchoatio officii. Preterea judicat expedire ut <sup>6)</sup> sub collecta ultima officii primarum pro prima [vice?] et reliquarum parvarum horarum ac summe misse sub fine none, ut sic redeatur ad modum a multis annis observatum et jam aliquamdiu intermissum. Ad ceteros articulos dicit se nullum scire in observatione defectum.

### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1<sup>um</sup> dicit Consilium Tridentinum observari sicut Evangelium Christi.

Ad 2<sup>um</sup> dicit statuta non semper servari, sed abusus tolli per capitulum mensis, si qui ibi suggerantur.

Ad 3<sup>um</sup> dicit non esse statuta irrationabilia suo iudicio et merito observanda sicut etiam reformatio strictior Cons. Trid. observanda est.

Ad 4um dicit quod propter malitiam temporis forte non exacte omnia corriguntur, districte tamen 3 julii 7) et alias officii sui monentur, quamvis pro dolor non ab omnibus pareatur et maxime a beneficiatis, quorum juramentum continet interesse divinis et nocturnis horis, cui accedit quod sepe in foundationibus beneficiorum eorum similiter contineatur de visitandis horis, et tamen pauci eorum comparent in choro quando non habent speciales distributiones; quando vero eas habent, sub tempus faciendae distributionis involant chorum et distributione accepta evolant, cum merito ex juramento et sepe ex foundatione teneantur permanere. Cui malo potissimum quando habent distributiones speciales obviari poterit, si non fiat distributio nisi sub finem horarum illis dumtaxat, qui in tempore comparuerunt et usque ad finem permanserunt.

Et pro illis vero temporibus, quibus non sunt speciales distributiones, satagendum est, ut impositiones et emolumenta, quae proveniunt ex domibus aut alia ratione, applicentur ad tempora carentia distributionibus et ut videatur in antiquis rationibus an impositiones sic semper sint applicate. Est et alius defectus apud beneficiatos seu eorum sextarios, 8) quod permittunt diversos redditus dequitari propria auctoritate, nec docent de eorum applicatione, ad hoc a dominis de capitulo requisiti, cum tamen olim petiverint capitulo consensum, quod possent census parvos non excedentes 2 aut 3 libras permittere dequitari et pro majori eorum utilitate iterum applicari. Est et alius defectus, qui tamen a paucioribus contingit, quod census suorum beneficiorum permittant dequitari, licentia capituli minime requisita, quae res est pessimae consequentiae et exempli, et nisi remedium adhibeatur cedet in ruinam et destructionem omnium beneficiorum. Postremo est vehementer deplorandum, quod quorundam susurronum suggestione capitulo mandanti ea, quae cultum divinum promonent, non obtemperetur a quibusdam, vel nisi sub novis et insolitis protestationibus, quae certo a subditis in suos superiores non ea amaritudine interponendae; quibus obviari videtur posse, si Rev. Episcopus auctoritate delegata per sacrosanctum Conc. Trid. in hac visitatione faciat, quod ratio et ordo juris dictaverit.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um dicit quod foundationes, quae incumbunt capitulo, tolerabiliter observentur pro ratione temporis et receptione census seu obventionum. Prima missa Conrardi 9) plene disponi-

tur et tamen putatur minus recipi quam exponi. Secunda vero missa Conrardi etiam solet disponi et ab aliquo tempore una vel altera missa fuit omissa propter sacerdotem, qui eam vel eas in se susceperat et intermisit. Missae vero incorporatorum beneficiorum, ut puto, disponuntur per computatores, qui possent ea de re interrogari. Quotidianae vero missae, incubentes 4 canonicis, non omnes putantur fieri, potissimum quarta missa quotidiana, quae vovatur in erectione „missa animarum”, de qua interrogandus est D. Ruterus, cur intermittantur omnes praeter eas, quae fiunt eo curante quando missa cantatur sub ossali. <sup>10)</sup>

Secunda vero missa animarum, etsi videatur fieri, non tamen celebratur in eodem altari, non sine offendiculo quorundam, de qua inquiri poterit a D. archidiacono.

De tertia missa quaeratur a Domino Vuchs. De missa S. Crucis, quae olim fiebat per vicecuratos, inquiratur a computatoribus, an sint aliqui redditus relictis pro dicta missa.

Ad 2um art. dicit quod propter malitiam temporis superioribus annis reddituum maligna fuerit solutio, et ne perirent ordinatum fuit a capitulo, ut perciperentur a receptore capituli, qui faceret computum et reliqua, ut jam putet eleemosinas melius posse distribui, audita perceptorum ratione, ad quam urgebitur.

Ad 3um art. dicit se optare anniversaria in die non occupata celebranda, saltem illa quae majora sunt, diebus non occupatis seu ordinariis celebrari. Dies vero ordinarii sunt: feriae 2a, 3a, et 6a; loco vero diei dominicae, quae solet esse dies ordinaria, constituta est a Rev. d. Metsio felicitis recordationis feria 2a.

Ad 4um art. dicit quod executores testamentorum suppositorum capituli de piis legatis rationem reddant coram computatoribus et absolutio scribitur in actis capituli, ubi etiam annotata sunt ipsa pia legata.

Ad 5um dicit se non scire aliquas suppressas nisi auctoritate ordinarii seu superiorum, oneribus observatis seu adimpletis.

Ad 6um art. dicit se non scire ibi esse aliquem defectum et quod beneficiatos refert se ad prius dicta.

Ad 7um art. et ad 8um idem dicit, se non scire defectum.

Ad 9um dicit quod sic, ut patet in rationibus ipsius receptoris.

Ad 10um dicit fieri computum coram deputatis capituli.

Ad 11um art. dicit computum fieri a promptore vini coram provisoribus penoris, qui ipsius computum subsignant. Ipsi vero provisores penoris inscribunt vina presentibus computatoribus capituli et uno beneficiato a capitulo ex beneficiatis assumpto. <sup>11)</sup>

Ad 12um dicit quod in hospitalibus, quorum administratio spectat ad decanum et canonicos cum aliis nonnullis, de gremio

capituli non existentibus, non sciat notabilem defectum. Quoad alia vero hospitalia intelligit in Platea Putei esse hospitale sine inquilinis sive pauperibus.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1um art. dicit quod se referat ad praecedentia deposita.

Ad 2um art. dicit se putare esse qui in eo deficiant et fortasse non raro Pelgrom.

Ad 3um, 4um, 5um, 6um, 8um art. putat non esse notabilem defectum, nisi quod frater Leonardus, religiosus apud regulares Endovienses, invito conventu et contemptu capitulo doceat. <sup>12)</sup>

#### De probitate vitae.

Ad art. 1—5 dicit se nihil certi scire.

Ad. 6 idem dicit.

Ad. 7—10 idem dicit.

Ad. 11—16 art. dicit se nihil comperti habere, nisi quod sint qui habent plures prebendas et unus, qui cum prebendis habeat pastoratum.

Ad 17um art. dicit acta capitularia fideliter describi et exhiberi singulis capitulis mensium ac tum ab omnibus videri posse, nec posse commode praesentibus canonicis semper registrari.

[Ad 18] de concionibus fundatis refert se ad pastores.

Ad 19um art. dicit se non scire notabilem defectum, nisi quod displiceat ei lis, quae animum promovet bovis.

De art. 21 dicit se optare inveniri posse aliquam rationem, qua captula celebrentur extra divina et domini omnes convenire possint, putans nihilominus difficulter hoc fieri posse.

Hec dixit d. decanus addens, si quid occurat quod videbitur apponendum, quod non negliget ac preterea se semper fore paratum ad omnia, que presens institutum possent juvare. Et sic dimissus est.

#### 2.

Eodem die circa horam quasi 11am. comparuit venerab. d **Antho-nius Bruyninx S. Th. L.** in eccl. Buscod. canonicus et archidiaconus.

#### De officio divino.

Qui interrogatus an satis reverenter devote et distincte persol-

vatur officium divinum, dicit satis decenter fieri festis diebus, sed nimie precipitanter feriatis diebus et singulariter peccari in officio defunctorum.

Ad. 2—4 dicit fabulas et discursiones in choro et extra chorum nimium vigere et expedire, ut mulctentur frequentes excursiones et fabulationes tam extra quam intra chorum.

Ad. 5um art. dicit quod putat decreta Cons. Prov. Mechlin. de cultu divino esse observanda et ad effectum deducenda quasi decreta generalis Cons. Trid., neque esse in potestate episcopi ea moderari.

Ad. 6 et 7 art. dicit quemdam ob id notatum fuisse.

Ad 8 putat inquirendam esse super personam d. Leonardi a Nistelroy et d. Egidii in domo orphanorum.

Ad. art. 9—11 dicit se nihil eorum scire, nisi quod quidam ridiculos gestus et rusticas ceremonias cultu divino adhibent, ut Pelgrom.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit quod vix quicquam ex Cons. Trid. observari sciat, iis dumtaxat exceptis quae capitulum non tangunt.

Ad 2 et 3 dicit statuta de 3 junii pro iss qui semel inchoarunt residentiam, sub pena foraneitatis debeant petere residentiam, esse nimis dure, noxium et inutile, neque putat simile esse in ullis ecclesiis in tota provincia.

Ad 4um art. dicit se nihil videre quod emendetur.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um art. et 3um dicit missis fundatis utcumque satisfieri, sed non in anniversariis, ex eo quod sub missa anniversariorum plerumque habeatur capitulum, ad quod domini relicto choro sese conferre debent, nisi distributionibus fraudari velint. Quod malum sic putat posse tolli, si ad certam aliquam diem in septimana capitulum constituatur, ad quod omnia negotia reserventur, nisi requirant accelerationem; aut saltem capita rarius celebrentur, nonnisi urgentibus causis.

Item magnum abusum judicat quod in fundatione anniversariorum pro celebrantibus aut septem psalmos legentibus duplum ponatur et non observetur.

Item quod in sepultura suppositorum capituli ingrediantur locum capitularem domini et amici sub divino officio ad legendum defuncti testamentum cum magno offendiculo populi, non ob-

stante quod quidam in testamento suo specialiter caverunt.

Ad 4<sup>um</sup> dicit se putare nullum esse defectum.

Ad 5—7 ignorat aliqua beneficia aut fundationes suppressas, imminutas aut unitas sine licentia superioris, nisi forte quidam eum gravare velint quasi non satisfaciatur secundam missam, quam pretendunt ipsius prebendae annexam, qua de re se putat satis docuisse eum non magis isto oneri teneri quam reliquos canonicos.

Ad art. 8—10 putat temporalia bene administrari. De computu penoris dicit se nihil scire.

Ad 11 et 12 dicit se de hospitalibus nihil scire, sed se bene optare ut bona pauperum, distributioni capituli relicta, juxta antiquum modum, quatenus malitia temporis admittit, distribuantur.

### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1 et 2 metuit esse magnum defectum ex parte eorum, qui plures recipiunt missas quam possunt celebrare, ut Pelgrom, Craen.

Ad 3—5 putat eos satisfacere.

Ad 6—8 dicit quod non putat capitulum scholasterie satisfacere, quia secundum Cons. Trid. debet scholasticus per se docere vel ad minus visitare et non sufficere ut dominus bastionarius ad visitandum scholas mittatur. Cupit autem in primis commendatam esse erectionem scholae dominicalis, ut semel tandem perficiatur. 13)

### De probitate vitae.

Ad art. 1—14 dicit nihil habere se singulare.

Ad art. 15 dicit esse defectum, ex quo sunt qui plures habent prebendas et canonicatus, quod putat pugnare cum Conc. Trid.

Ad 16—17 art. putat esse abusum, quod notarius acta capitularia aliter quam in capitulo in presentia canonicorum describat, quod etiam cuperet emendatum.

Ad 18 art. dicit hoc inquirendum esse a pastoribus et se nihilominus optare, ut in majoribus festivitatibus, rev.mo d. [episcopo] mane concionante, plebanus post prandium concionetur, quod omissum fuit non sine obloquio populi.

Ad 19 dicit processum, qui Bonis Infantibus est cum capitulo, parum res eorum promovere. De coralibus dicit etiam se de administratione bonorum coralium querelas audivisse, saltem eos a rectore suo non bene regi.

Dicit preterea publica et notoria crimina manere impunita, eo quod curia sit destituta fisco.<sup>14)</sup>

Dicit etiam indecens esse, ut sicut in capitulo sedent domini juxta ordinem receptionis, non ita fit in choro.

Haec dixit d.archidiaconus, additurus alia si ante absolutionem visitationis occurrant, promittens omne auxilium ut presens instituta visitatio ad bonum finem posset deduci.

Et sic dimissus est.

## 3.

Die 15 september comparuit ven. d. **Petrus Ruyter**, eccl. Buscod. canonicus, presentibus ven. d. Michaelae Haller jurium doctore et Joanne Eyndhouts eccl. Buscod. canonicis.

## De officio divino.

Ad 1um art. dicit quod putet visitationem tantum debere fieri de abusibus et criminibus publicis et notoriis ea quae sunt suspecta et defamata debere remitti ad proprium judicem, ut de super inquirat aut per inquisitionem procedit, et sic non putat tales abusum in officio divino esse.

Ad 2um dicit se non habere hujusmodi notitiam.

Ad 3um dicit quod non putat abusus hujusmodi esse, sed per ordinationem capituli obviatum.

Ad 4um dicit quod etiam hujusmodi abusibus obviatum est per ordinationem capituli, sed tamen a beneficiatis non bene observari, qui, ut verum fateatur, non satisfaciunt foundationibus et juramentis suis quoad visitationem officiorum divinatorum, idque potissimum ex ea causa, ut intelligit, quod ipsis multae distributiones detinentur, nec etiam quae debent applicare applicant et moniti a decano et capitulo nolunt parere ac quiescere, sed vertunt ad lites.

Ad 5 dicit satisfieri, si servetur erectio et foundationes.

Ad 6 dicit, si qui essent suspecti deberent remitti ad judicem, se non novisse.

Ad 7—11 dicit se nihil notum nec suspectum scire.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit se nil scire.

Ad 2—3 dicit nihil esse.

Ad 4 dicit se nescire defectus publicos corrigendos.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um art. metuit quidem esse, sed per capitulum obviari quantum potest.

Ad 2um dicit capitulum distribuisse quae sunt recepta vel potuerunt recipi.

Ad 3um dicit se nescire ibi abusus.

Ad 4um dicit satisfieri.

Ad 5um dicit quod putat per laicos multa negligi, maxime altare S. Sacramenti et Johannis, cujus redditus sunt sub familia de Mer.

Ad 6 satis credit per eos, qui vocant se sextarios beneficiatorum, esse peccatum venditione et alienatione aliquorum bonorum ecclesiasticorum, neque omnia que debent applicare esse applicata, sed in bonis capituli non putat tales esse defectus.

Ad 10 dicit receptorem capituli coram computatoribus singulis annis facere computum, sed se frequenter intellexisse querelas non eodem modo fieri cum bonis communibus beneficiatorum, insuper querelas a pluribus ad capitulum delatas esse.

Ad 11 redditur quotannis a promptore coram provisoribus penoris computus et ille est apertus pro omnibus.

Ad 12 dicit quod se intelligat hospitale Mons corru<sup>15</sup>) et putat expedire, ut inquiratur de parte redditus ad hospitale dudum spectantis, a capitulo empti cum consensu Rev.mi, et an rursus fuit applicatus.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 refert se ad pre deposita.

Ad 3—5 et reliquos putat omnia debite fieri.

## De probitate vitae.

Ad 1—5 dicit se nihil scire ; sic de reliquis.

Ad 13—16 dicit se nihil de eorum scire.

Ad 17 dicit ea omnia fideliter fieri.

Ad 18 refert se ad pastores.

Ad 19 dicit in coralium bonis non esse defectum, sed de bonis Bonorum Infantium conqueritur scriptorem capituli, qui est tertius provisor istius domus, non admitti ad computum.

Ad 20 dicit bene servari.

Haec dixit d. Ruter, addens si alia occurrant, quod ea sit dicitur. Et ita dimissus est.

Eodem die circa horam quasi nonam comparuit ven. d. mag. **Petrus de Aqua**, can. eccl. Buscod.

#### De officio divino.

Ad 1um dicit quod satis bene fiat.

Ad 2um dicit a capitulo statutas esse ordinationes et penas contra delinquentes in fabulis et excursionibus.

Ad 3um dicit se nescire defectus.

Ad 4um dicit se nescire quod fabulentur extra chorum.

Ad 5um dicit quod putat dominos satisfacere, si compareant in choro juxta foundationem et statuta capituli.

Ad 6—11 dicit se nihil scire.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um dicit se nihil notabile scire, quo [Conc. Trid.] non observetur.

Ad 2um dicit se putare, ut moniti omnes pareant.

Ad 3um dicit se etiam nihil ejus scire.

Ad 4um dicit se putare bene corrigi.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1—2 dicit quod pro ratione tenporis omnia fiant bene.

Ad 3—8 dicit se aliquando ex fama et rumore audivisse redditus redemptos et pecunia non applicata, sed se pro certo non posse dicere.

Ad 10—11 dicit computus coram deputatis quotannis fieri.

Ad 12 dicit se provisorem esse duorum hospitalium Adami <sup>16)</sup> — hoc tanquam canonicus senior Buscod. natus — et illa bene administrari, de reliquis se nihil scire, nisi quod intelligat hospitale Mons ruere.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 dicit se nihil certi scire.

Ad 3—8 dicit quod bene omnia fiant.

## De probitate vitae.

Ad 1—8 et 16 dicit non scire aliquid eorum fieri.

Ad 17 dicit quod sic.

Ad 18 dicit quod sic.

Ad 19 dicit se putare bona coralium bene regi, sed non ita bona Bonorum Infantium, imo se vix scire an sint Boni Infantes.

Ad 21 dicit quod in initio sue residentie et deinceps alias ea res in capitulo fuerit disputata, sed numquam commoda ratio inventa, qua posset ille abusus tolli.

Haec dixit simul addens, quod in corrigendis suam operam prestare velit. Et sic dimissus est.

## 5.

Eodem die hora quasi decima comparuit ven d. et. mag. **Joannes Degens**, can. et penitentiarius eccl. Buscod.

## De officio divino.

Ad 1um art. dicit se optare quod divini officii cantus chori reverentius et devotius ab hebdomadariis cantaretur et inprimis ut tempestive cantanda praevideant et quaerant, ne pausetur in officio.

Preterea superet habere eandem rationem tam in ornamentis, quam in cantu et solemnitate festorum duplicium antiquorum compositorum.

Ad 2um dicit fabulas per poenas a capitulo ordinatas jam cessare.

Ad 3um dicit sibi displicere frequentes excursiones e choro et eas frequentiores esse in beneficiatis, qui parum memores juramenti et foundationis sue non diutius in choro manent, neque citius veniunt quam distributor eorum distribuat, et optare quia capitulum contemnunt saltem anthoritate Rev.mi, quam in visitatione habet, abusus ille tollatur.

Ad 4um dicit ut ad praecedentem articulum.

Ad 5um art. dicit sibi bene videri ut sic fiat et etiam optare quemadmodum Metsius ordinavit et capitulum recepit. Nihilominus quia videt quibusdam modum illum displicere, optaret

pacis causa hincinde deputari, qui talem modum concipiant ut pluribus placeat.

Ad 6—11 art. dicit se nihil scire.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit se optare ut [Conc. Trid.] bene servaretur.

Ad 2um dicit se frequenter audivisse in capitulo mensium, quod multi defectus ibi referantur et nulla sequatur emendatio.

Ad 3um dicit se nihil de iis scire.

Ad 4um dicit ut supra.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um art. dicit se nihil scire quoad defectum aliquem.

Ad 2um dicit quod sperat, reddita ratione receptorum per receptorem, viso statu et conclusione computus, modus instituentiarum elemosinarum poterit resumī.

Ad 3um putat anniversaria celebrari, sed quod multiplicentur uno die; se tamen offendi, quod in tabulā ponatur celebrantibus duplum et nihil fiat.

Ad 4um dicit hoc observari.

Ad 5 bene fiunt.

Ad 6 non putat in capitulo factum esse, sed dicit factum esse inter beneficiatos.

Ad 7—10 dicit ibi non esse defectum, computum vero penoris committit conscientiae provisorum.

Ad 12 dicit se non habere notitiam.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 refert se ad praedeposita.

Ad 3—8 putat sic omnia facta esse, nisi quod dubitat de Laurentio.

#### De probitate vitae.

Ad 1—16 dicit se nescire quicquam de eorum esse.

Ad 17 dicit non fuisse observatum, ut omnia acta in capitulo registrentur, quamvis confidit omnia fieri fideliter.

Ad 18 dicit se non posse dicere, an omnes [conciones fundatae] fiant, plures tamen fieri quam iudicet expedire et propterea viles-

cere, quod forte cessaret, si ad pauciores numerum redigerentur.

Ad 19 dicit nullum esse defectum in bonis coraliis, sed bona Bonorum Infantium quomodo regantur se ignorare, ex quo scriptor capituli unus ex provisoribus ad examinandum computum non admittatur.

Ad 21 dicit se optare ut capitulum celebretur extra divina, sed se non videre commodam rationem, qua id fieri possit, nisi forte capitulum omnia negotia judicialia rejiciat in unum officialem, et tunc ad illud capitulum, quod judicialibus impenditur, omnia reliqua negotia capitularia, quae moram admittunt, referantur.

Haec dixit d. Joannes [addens] se ea indicature quae ei occurrere poterint et ad hanc visitationem omnem operam promittens.

Et sic dimissus est.

## 6.

Eodem die comparuit ven. d. **Tilemannus Craen**, can. eccl. Buscod., et interrogatus respondit.

### De officio divino.

Ad 1um dicit quod putat bene fieri, nisi quod optaret quod distinctius cantarent officium.

Ad 2—4 dicit deberi istis malis obviari certis remediis.

Ad 5 dicit, ex quo Consilium Mechliniense non est approbatum a Sede Apostolica, non putat posse praticari.

Ad 6—11 dicit se nescire defectum, nisi quod optaret per Hermannum Pelgrom reverentius et minus rustice celebrandum.

### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit quod optaret Cons. Trid. plene observari.

Ad 2—5 dicit quod quidam nolunt obedire capitulo, non dicendo qui.

Ad 6 dicit se putare statuta capituli esse fundata.

### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1 dicit se non fuisse executorem alicujus foundationis.

Ad 2 dicit se putare quod bene fiant.

Ad 3 dicit se putare bene fieri.

Ad 4—5 dicit quod non.

Ad 6 dicit quod nihil eorum audivit.

Ad 7—12 dicit se nihil eorum scire.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—8 dicit se in illis non audire defectum, sed Revmus Dnus putat eum non satisfacere missis, quas celebrat.

#### De probitate vitae.

Ad 1—13 nihil habet quod dicat.

Ad 15—20 nihil desuper scit singulare, nisi quod posset dici de bonis Bonorum Infantium.

Ad 21 dicit se optare posse inveniri remedium conveniens, quo posset capitulum celebrari extra divinis.

Haec dixit d. Craen. Et sic dimissus est.

### 7.

Eodem die mensis septembris circa horam quasi tertiam comparuit ven. d. et mag. **Joh. Helsius**, can. et cantor eccl. Buscod.

#### De divinio officio.

Ad 1um dicit quod ei semper displicuerit faxiosum schisma, quod paratum est a quibusdam occasione Bonorum Infantium in magnum detrimentum cultus divini, quos pretextu studiorum a choro avulserunt, ita ut etiam rare in summis festivitatibus compareant et malum exemplum datur alteri juventuti non visitandi chorum.

Ad 2—4 judicat illa plane expedire.

Ad 5 dicit quod hoc bene superet, si ab omnibus acceptaretur.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit se dolere quod interierit seminarium.

Dnus cantor judicat expedire, ut providi simus in danda commissione provisoribus nominandis, potissimum ex parte magistratus, quoad administrationem dotis scholae dominicalis, et in primis ut ista commissione contenti neque doctrinae, neque pro-

fessoribus seu catechistis constituendis seu libris prelegendis sese misceant.

Item conqueritur d. cantor de neglectu missarum, quae fundatae sunt et non fiunt, quarum registrum alias d. decano tradidit.

## 8.

Die 18a ejusdem mensis septembris comparuit ven. d. et mag. **Joannes Havens**, canonicus et plebanus eccl. Buscod., assistentibus ven. dnis Anthonio Bruyninx archidiacono et Theodorico a Veldingen, can. ejusdem eccl. qui interrogatus respondit.

## De officio divino.

Ad 1um art. dicit quod cuperet tractius et distinctius fieri divinum officium et numerum hebdomadariorum ad solitum numerum redigi, si commoda ratione fieri possit.

Ad 2 dicit se nescire.

Ad 3 dicit expedire.

Ad 4 dicit illum abusum esse publicum et apud laicos esse schandalosum et optare ut vel auctoritate capituli vel Rev.mi tollatur.

Ad 5 dicit se cupere ut in cultu divino serventur erectio et statuta capituli.

Ad 6 dicit nescire.

Ad reliquos dicit se nihil singulare invenisse, sed optaret ex quo servatur Ordinarium Romanum, etiam in officio divino, rejectis aliis ceremoniis, ceremoniae in isto Ordinario serventur.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um dicit se putare quod [Conc. Trid.] utcumque inter ecclesiasticos servetur, non ita inter laicos. <sup>17)</sup>

Ad 2 dicit quod a quibusdam ex beneficiatis contemnuntur ordinationes et mandata capituli.

Ad 3 dicit sese aliquando disputasse de capitulo, quod celebratur 3 junii, quod celebratur pro petenda absentia vel residentia, et habuisse pro abusu nisi quod consuetudine et observatione sit firmatum.

Ad 4 dicit se nescire.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1 dicit se nil scire singulare.

Ad 2 reliquit hoc iudicio distributoris et conscientie absentium.

Ad 3 dicit quod receptor capituli bonorum pauperum jam sit exhibiturus rationem, ex cuius statu et conclusione videbitur an solitae eleemosinae poterunt distribui.

Ad 4 dicit quod putet observari.

Ad 5 dicit se nescire.

Ad 6 dicit in capitulo ex ea parte omnia esse detecta.

Ad 7—11 dicit ibi omnia legitime fieri.

Ad 12 dicit se nullum habere abusum.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad 1um art. dicit se nescire.

Ad 2um dicit se putare nonnullos plures missas suscepisse quam celebrant, quod ut certo posset cognosci iudicaret expedire, ut ex parte Revmi et capituli deputentur qui in eccl. et extra eccl. desuper inquirant. Preterea putat esse magnum abusum quod nonnulli propria auctoritate missas et officia suis beneficiis incumbentia reducunt. Preterea dicit quaedam esse fundata beneficia et a fundatoribus eorum cura relicta haeredibus et prorsus negligi, sicuti ad S. Jacobum officium unius missae, quod spectat ad Brox, et ad S. Anthonium officium, quod curat Audenhoven ex parte cuiusdam vander Put.

Ad 3—6 et reliquos dicit se putare omnia bene fieri.

## De probitate vitae.

Ad 1—16 dicit se nihil scire.

Ad 17 dicit iudicare et expediri si fieri posset, ut acta capitularia scriberentur in capitulo presentibus omnibus.

Ad 18 dicit conciones fundatas esse nimis multas et tenues et optaret et expediri iudicaret, si ad minorem numerum redigerentur.

Ad 19 dicit se putare illa bona bene regi, tamen se optare d. Antonium rationes suas communicare capitulo.

Ad 20 putat sic bene fieri.

Preterea cupit haberi rationem eorum, qui recusant in anno confiteri et communicare, rursum eorum qui sedent in concubinato et adulteriis, de quibus d. Revmun. secreta monebit.

Hec dixit d. Joannes Havius, promittens operam suam ad hanc visitationem.

Et dimissus est.

## 9.

Eodem die quasi hora decima comparuit ven. d. **Michael Haller ab Hallerstein** J. U. Doctor et eccl. Buscod. canonicus.

## De divino officio.

Ad 1 um dicit satis reverenter officium persolvi, sed tamen magnum esse defectum in Laetaniis quod nimis festinanter cantentur et a paucissimis precentori respondeatur, aliquando vix ab uno aut altero; item in vigiliis et visitationibus sepulchrorum et pheretri optaret omnia distincte et devote fieri et dicit sibi displicere quod quidam ad vigiliis videntur venire, ut se ad dormiendum componant.

Item in missa animarum, quae sub ocsali canitur, ei displicet quod mediatim canitur et mediatim legitur.<sup>18)</sup> Item optaret hebdomadarios quae cantanda sunt in missa vel aliis horis praevidere et parata habere, ne oriatur aliqua confusio quae frequenter auditur; et etiam a risibus et fabulis abstinere. Optaret etiam canes tam canonicorum quam aliorum e choro arceri, ne discursionibus et congressibus turbent chorum.

Ad 2 optaret non fieri.

Ad 3 dicit inter canonicos et beneficiatos sibi displicere, quod nonnulli egrediantur sub vigiliis decantata prima lectione et non rediunt nisi ad visitationem pheretri, et maxime defectus in beneficiatis.

Ad 4 dicit non esse tolerandum et huic rei esse occursum per capitulum, sed non servari.

Ad 5 dicit se optare ut ea quae Cons. Mechl. statuit circa cultum divinum [observentur], judicans nihilominus expedire, ut propter contradictionem quarumdam eorumdem concipiatur aliqua moderata ratio, sicut Revmus d. Metsius [conceperat].

Ad 6—8 putat sic fieri et reliquos nec se scire, nonnisi quod displicet ei nimius ornatus imaginum, maxime virginum.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit: [Conc. Trid.] ut decalogus observatur.

Ad 2 dicit quod non per omnia [statutis pareatur] sicut patet ex notorio processu inter capitulum et beneficiatos et multis aliis actionibus illis [statutis] contravenitur et auctoritas capituli contemnitur; quos processus, quia noxii sunt et schandalosi, optaret auctoritate Revmi sopiri.

Ad 3 dicit se nihil eorum scire, nisi quod forte capitulum 3 junii de petenda residentia a canonicis residentibus et nihil cogitantibus de absentia ei durum videatur.

Ad 4 dicit quod non ita ut merito deberet.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um dicit se putare satisfieri, an in omnibus nescire, sed dicit dolendum esse tam tardam fieri solutionem a receptoribus, propter quem defectum aliquando minus debite possunt peragi et, ut metuit, peraguntur negligentius.

Ad 2 sperat et putat quod sic, sed certam hujus rei scientiam habere non potest, quia bonorum pauperum et eleemosinarum certam notitiam non habet. Quomodo administrentur ignorat, sed dolet non distribui per canonicos pauperibus pannum et calceos, ut solent distribui in initio sue residentie, si non per omnia pro toto, secundum quantitatem bonorum pauperum que nunc, pro dolor, propter injuriam temporis recipiuntur, saltem pro aliqua parte secundum quantitatem receptorum. Proinde putaret expedire ut huic malo occurratur, ut singuli [receptores] redderent rationem administrationis anni sui.

Ad 3 putat quod sic, sed an omnia secundum voluntatem testatorum fiant, multum metuit quod non per omnia, nam in carta tabulae anniversariorum frequenter habetur celebrantes vel septem psalmos aut vigiliis legentes duplum<sup>19)</sup> quod tamen non practicatur nec ad effectum deducitur, hujus rei causam nesciens.

Ad 4 putat et sperat hoc singulis annis fieri coram computatoribus capituli secundum antiquam consuetudinem capituli.

Ad 5 putat et sperat quod non, nisi forte legitimo modo.

Ad 6 certi nihil habet de ea re, putat tamen et sperat pecunias ex redemptione provenientes bene esse applicatas, nisi quod intellegat — incerto tamen auctore — a nonnullis beneficiatis hoc factum<sup>20)</sup>; quid tamen sit de rei veritate nescit.

Ad 7 dicit se nihil certi habere, sed audire de beneficiatis tale quid dici.

Ad 8 putat quod non.

Ad 9 sperat omnia bene administrari.

Ad 10 nihil dubium.

Ad 11 dicit quod nullus reddiderit computum penoris coram computatoribus pro tempore quo ipse unus computatorum fuerit, sed intellexit promptorem vini reddere computum provisori-  
bus penoris; putat tamen expedire ut computus fiat saltem coram computatoribus.

Ad 12 dicit se audire multas quaerimonias et quaedam corruere ut hospitale Mons in Platea Putei.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad Ium dicit esse quaerelas de quibusdam quod plura onera missarum suscipiunt quam celebrant.

Ad 3—6 et reliquos dicit quod illa fiant.

#### De probitate vitae.

Ad 1—3 et reliquos articulos dicit se nihil scire.

Rogatus de tollendo abusu de celebrando capitulo sub divinis, putaret melius esse si convocetur hora medie none et fineretur ad introitum summae missae et, ut domini non negligant venire, mulctentur absentes privatione distributionis seu foundationis.

Haec dixit d. Hallerus, promittens omnem operam ut defectus in hac visitatione corrigantur. Et sic dimissus est.

#### 10.

Eodem die hora quasi 11a comparuit ven. d. ac mag. **Baltasar de Bont**, eccl. Busc. can. graduiatus J.U.Lic.

#### De officio divino.

Ad Ium art. dicit in primis emendari debere irreverentiam juventutis circa altare in solemnitatibus majoribus. Item quod canonici servientes in altari sedeant in presbiterio cum canitur Gloria, Simbolum, Prefatio.

Item quod nimis celeriter fiat officium, maxime vigiliae et letaniae, quae videntur ejus judicio currere more veredariorum equorum.

Ad 2 dicit, non obstante ordinatione capituli, fabulas in choro non esse ablatas.

Ad 3 dicit hoc omnibus modis fieri debere.

Ad 5 dicit quod ei plane videatur debere fieri, ut in praxim deducantur quae Cons. Mechlin. statuit de divino officio, et etiam quod distributores tam beneficiatorum quam canonicorum prestent juramentum de dandis distributionibus juxta consilium.

Ad 6—8 nihil eorum scit, nisi quod observaverit custodem chori B. Mariae inferioris et d. Joannem Montenaken, Arnoldum de Gemert audientes confessionem.

Ad 10—11 nihil certi habet.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit non plene observari.

Ad 2 dicit se nullam videre executionem statutorum.

Ad 3 dicit quod non probat capitulum 3 junii pro canonibus residentibus.

Item quod capitulum non posset indici post solis occasum.

Ad 4 dicit quod defectus eorum, qui capitulo placent, negliguntur imo defenduntur, contra displicentes capitulo acriter et acerbe corriguntur.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um art. dicit ibi esse defectus et in primis in duabus portionibus altaris B. Nicolai et duabus portionibus chori B. Mariae, quarum possessores tenentur ad laudes. Preterea Judocus Winans habet beneficium sacerdotale et non est sacerdos.

Ad 2 dicit se nescire quomodo administrantur.

Ad 3 dicit quaedam esse anniversaria, quae celebrantur die occupata, quae celebrari debentur die non occupata.

Ad 4 dicit computatores habere ejus cognitionem.

Ad 5—8 dicit se nescire.

Ad 10 dicit computum fieri coram deputatoribus; de computo penoris se nihil scire. De hospitalibus dicit se nescire quomodo reguntur.

#### De muneribus et officis personarum.

Ad 1—4 dicit se nihil aliter nescire.

#### De probitate vitae.

Ad 1—3 et reliquos articulos nihil se dicit scire.

Ad 17 improbat quod acta capitularia presentibus omnibus non scribantur.

Ad 21 se nescire quicquam.

Haec respondit d. Baltasar prescriptus et promittens omnem operam ad visitationem hanc perficiendam dimissus est.

## 11.

Die 19 sept. comparuit ven. d. et mag. **Godefridus Vlierdenus** can. eccl. Buscod. Ad interrogata respondit :

## De officio divino.

Ad 1um art. dicit cupere melius quam fiunt.

Ad 2—3 dicit nihil observasse.

Ad 4 nihil.

Ad 5 dicit quod cupit se conformare erectioni et statutis capituli.

Ad 6—7 dicit se nullos scire ; sic de reliquis.

Ad 10 dicit ut admoneantur qui in consecratione, praesertim calicis, utuntur inhonesta exhalatione quasi putent consecrationem non sufficere.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit se non audivisse quicquam.

Ad 2 dicit quod illi qui non servant statuta mulctentur et optare ut sopirentur contentiones exortae.

Ad 3 dicit in primis beneficiatos non servare statuta de visitandis horis, nec juramenta.

Ad 4 dicit non scire defectus.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1um art. dicit quod anniversarium Rev.mi d. Metsii ad redditum non applicatur.

Ad 2 dicit receptionem bonorum pauperum commissam esse receptori capituli qui rationem reddet acceptorum, ex cujus computo videre poterint quantum pauperibus distribui poterit.

Ad 3 putat capitulum in celebrandis anniversariis satisfacere.

Ad 4 dicit se nullam illius rei habere notitiam.

Ad 5—8 dicit se nihil scire nisi quod audiverit querelam de

beneficiatis, quod redditus vendiderint et non applicaverint.

Ad 10 putat bene fieri; quantum ad computum penoris patebit ex rationibus factis.

Ad 12 dicit se audivisse querelas de hospitali op den Ulenborch, super quibus poterit d. Rev.mus inquirere a Priore Cruciferorum. Item de hospitali in Platea Putei.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—5 se dicit nihil scire.

Ad 6—8 dicit sibi vehementer displicere, quod preceptores tam male juventutem instituunt in fundamentis, etiam in tertia classe <sup>21</sup>) sedere, qui ignorant fundamenta.

#### De probitate vitae.

Ad 1—2 et reliquos dicit se nihil eorum scire.

Ad 19 optaret [per] scriptorem capituli copiam fieri computus domus Bonorum Infantium.

Haec dicit d. Godefr. Vlierdenus et prommittens operam huic visitationi et reformationi dimissus est.

### 12.

Die 20a ejusdem mensis septembris comparuit ven. d. et mag. **Conrardus Ottonis** S.Th.L. ac. can. eccl. Buscod., presentibus ven. d. Nicolao vanden Houdt et Wilhelmo de Beca, canonicis ejusdam eccl.

#### De officio divino.

Ad Ium art. et reliquos omnes usque ad finem refert se ad ea, quae d. Decanus ad singulos articulos dixit et suggessit, ubi ipse cum d. Decanus illa diceret presens interfuit, cuperetque ad illam normam correctam et reformatam. Insuper dicit se habere magnam displicentiam propter contentiones exortas capituli cum magistratu et beneficiatis, quas sopiri optaret auctoritate Rev.mi.

Preterea cuperet canonicos, sicuti in processionibus et capitulo, ita quoque in choro servare ordinem receptionis.

Preterea optaret fieri computum de bonis pauperum et juxta conclusionem computus fiat solita distributio, quem computum, ut commodius faciat, judicat esse necessarium, ut receptor a

singulis dominis, qui aliquando bona ista administraverunt, rationes receptorum et expositorum repetat.

Ista sunt quae d. Conrardus habuit dicenda et promittens alia, quae occurrent, dicturus suo tempore, dimissus est.

## 13.

Eodem die comparuit ven. d. ac mag. **Nicolaus van den Houdt** officialis et canonicus eccl., presentibus ven. d. Conrardo Ottonis et Wilh. de Beca can. eccl. Buscod.

## De divino officio.

Ad 1um art. dicit satis reverenter officium fieri, sed tamen subinde nimis festinanter fieri ut in letamiis et vigiliis.

Ad 2um dicit hoc magis factum esse quam nunc fit, propter ordinationem capituli desuper brevi statutam.

Ad 3 dicit expedire ut excursions impediatur et etiam mulcentur qui sub divino officio sedent extra chorum in ecclesia fabulantes vel horas legentes.

Ad 4—5 dicit quod putaret decreta consiliorum debere praevallere, sed quia hoc sine magna difficultate fieri non posse praevidet, apte judicaret moderatione aliqua hac in parte utenda esse, presertim durante hac tempestate.

Ad 6—7 et reliquos sex dicit se nihil scire.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um art. dicit se non scire an plene observetur, sed tamen se plerumque audivisse in capitulo, quod non velint contravenire Concilio Trid.

Ad 2—3 dicit se nihil singulare scire.

Ad 4 putat hic esse sicuti fere ubique est.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1—10 dicit, quia recens venit ad residentiam, se parum de iis scire.

Ad 11 judicaret expedire quod computus penoris sic fierit, ut omnes ibidem gestorum possent habere notitiam.

Ad 12 dicit nihil se habere nisi quod ex depositione Vlierdeni audivit, quae cuperet emendata.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 et reliquos dicit se non observasse ibidem singularem defectum.

## De probitate vitae.

Ad 1—3 dicit se aliquando audivisse de d. Cornelio ab Eersel et nominatim personam d. Antonii ab He(e)swijck.

Ad 4 et 17 dicit se bene putare quod acta capitularia fideliter describantur et omnibus volentibus ad ea accessum concedi, sed tamen suo iudicio non admodum legaliter fieri et aliquam mali suspicandi occasionem posse dari, quod non scribantur acta presentibus dominis.

Ad 18—20 dicit se sperare quod sic et se eorum nihil scire.

Ad 21 declarat sibi semper displicuisse conventus capitulares sub divinis, quos observavit tunc potissimum fieri quando strictius propter foundationes astringuntur ad chorum. Quare iudicaret expedire ut capitulum rarius conveniret idque ob negotia pregnantiora que moram non ferunt et quandocumque huiusmodi conventus sunt habendi fiat ante divina sub media hora nonae.

Preterea cuperet emendari et moneri qui sedent dormientes et sternentes sub divinis et maxime eos, qui se ad dormiendum componunt.

Hec dixit d. officialis, addens quodsi alia occurrant ea se dicturum.

Et sic dimissus est.

Cuperet etiam abrogari fertum, non propter fraternum convivium, cujus speciem prae se videtur ferre <sup>22)</sup>, sed propter suspicionem federum, sicuti a quibusdam audivit presumi. <sup>23)</sup>

## 14.

Eodem die hora quasi nona comparuit ven. d. **Gerardus Broculaer**, pastor S. Catharinae et can. eccl. Buscod., presentibus ven. d. Conrado Ottonis et Wilh. de Beca, can. ejusdam eccl., qui ad interrogata haec dixit :

## De officio divino.

Ad lum art. dixit et 2 et 3 sibi displicere fabulas, strepitus, discursiones per chorum, tam a pueris coralibus quam a canoni-

cis et beneficiatis, et relationes novorum rumorum. Item quod pueri discant lectiones, scribant evangelia etc. in choro, ubi solum deberent esse intenti divino officio et ceremoniis. Item quod juvenus non ducatur nec. reeducatur [ad. eccl.] more solito.

Ad 4 dicit omnia probare.

Ad 5 optaret posse introduci statuta Cons. Mechlin. circa cultum divinum, sed ante omnia tolli debere certos [defectus] quorumdam, ubi agitare putat consilia in contrarium, non solum quoad hunc articulum, sed ad plura alia.

Ad 6—7 et reliquos dicit se nihil speciale audiisse vel scire.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit sese amplecti obviis ulnis [Conc. Trid.], sed dolere quod observetur in commodo et rejiciatur in incommodo et mutilo.

Ad 2 dicit se non putare statuta servari et in primis a beneficiatis, qui partim ex juramento, partim ex fundatione ad multa tenentur quae non prestant. Et dicit eos capitulo, suo superiori, non parere, ut ipse putat, ex eo quod capitulum suo superiori parere recuset, quod sibi a beneficiatis sepe objicitur.

Ad 3—4 dicit quod decano aliquoties objectum sit quod nihil eorum quae in capitulo mensis pro corrigendis defectibus suggeruntur, fiat et ob hoc esse quosdam, qui in isto capitulo nullos defectus volunt prodere.

#### De foundationibus et piis legatis.

Ad 1 dicit se metuere negligi missas beneficiorum recenter incorporatorum.

Ad 2 dicit se nihil audire nisi quaerelas propter defectum istum.

Ad 3—7 dicit se nihil scire.

Ad 8 dicit redemptos esse annuos redditus unius modii siliginis pertinentes ad altare divi Hieronimi, cujus ipse quondam rector fuit, et pecuniam a computatoribus capituli receptam esse, sed se non posse scire esse applicatam.

Ad 11 dicit se audire multas quaerelas.

Ad 12 dicit quod illa reservabit ad visitationem suae parochiae.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—3 dicit se nihil scire.

## De probitate vitae.

Ad 1—4 et reliquos articulos dicit se nihil scire.

Ad 19 displicent ei actiones d. Anthonii in regimine domus [Bonorum Infantium] et magis in processu.

Ad 21 dicit quod ei tantopere displiceat, quod sit ei crux et afflictio in corde. Putaret huic malo posse mederi, si conveniat capitulum finita missa vel saltem facta elevatione.

Preterea quod aliqui incedant in civitate sine corona tonso capite et brevioribus palliis.

Habet etiam pro magno abusu quod quosdam videt et suspiratur deliberare in capitulo in favorem minus sanorum, sanioribus contemptis, ne perdant quod aliquando habere cogitant, sperant et venantur.

Ita dixit d. pastor, promittens quod suggeret quae occurrant et operam omnem prestabit quando(?) ad visitationem et reformationem pertinere possent.

Et sic dimissus est.

## 15.

Eodem die hora quasi decima comparuit ven. d. Nicolaus Vuchs, can. eccl. Buscod., presentibus ven. d. Conrardo Ottonis et Wilhelmo de Beca, can. ejusdem eccl.

## De divino officio.

Ad 1—2um art. dicit se nihil scire.

Ad 3—4 judicat expedire ut excursiones e choro et fabulae impediuntur et etiam mulctentur, qui in ecclesia sedent fabulantes extra chorum.

Ad 5 dicit quod se referat ad erectionem capituli.

Ad 6 et reliquos dicit se nihil scire.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit se nihil scire, in quo non observetur.

Ad 2 dicit quod cupiat parere omnibus.

Ad 3—4 dicit quod recenter venit e capitulo mensis et quod ibi actum sit de correctione defectuum.

## De foundationibus et piis legatis. 24)

Ad 1—2 et reliquos dicit omnia recte fieri.

Ad 12 dicit se non novisse defectum.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—3 et reliquos dicit omnia sic fieri.

## De probitate vitae.

Ad 1—2 et reliquos art. dicit se nullos scire.

Ad 21 dicit quod si inveniatur aliqua commoda ratio conveniendi in divinis seu extra divina, quod se conformabit.

Ista dixit d. Nicolaus et sic dimissus est, promittens etc.

## 16.

Eodem die quasi hora undecima comparuit ven. d. **Wilhelmus de Beca**, can. eccl. Buscod., presentibus ven. d. et mag. Conr. Ottonis et Nic. Vuchs.

## De officio divino.

Ad 1—4 dicit quod cuperet fabulas, strepitus, fabulas et excursiones tam extra chorum quam in choro tolli.

Ad 5 dicit quod se referat ad seniores dominos.

Ad 6 et reliquos dicit se nihil scire ex quo sit novitius.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad illos articulos etiam se dicit nihil scire ex eo quod sit novitius.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad illos articulos etiam ut supra.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad ipsos articulos dicit omnes facere officium et omnia observari.

## De probitate vitae.

Ad omnes istos articulos dicit se nihil scire.

Ad 21 dicit sibi perinde esse, utrum celebretur post vel ante divina, modo non fiat sub divinis.

Hec dixit d. Wilh. de Beca, promittens operam ut visitatio hec bonum effectum sortiatur. Et sic dimissus est.

## 17.

Eodem die ante prandium comparuit ven. d. **Judocus Vosius**, J.U.L. et can. eccl. Buscod., presentibus d. Conrardo Ottonis et Wilh. de Beca.

## De divino officio.

Ad 1um dicit in ferialibus diebus nimiam exiguam esse reverentiam in officiis divinis cantandis, quod fit tali celeritate, ut vix quis legento assequi possit.

Ad 2—4 dicit hac in parte maxime peccare beneficiatos, qui immemores juramenti sui ad officium non veniunt, nisi sunt foundationes et eo tempore, plumbeto vix accepto, e choro evolant. Preterea dicit magnam esse irreverentiam cultu divino insolentia Bonorum Infantium et alterius juventutis quae visitat chorum, quae tanta est ut etiam monitionibus canonicorum, beneficiatorum vel hebdomadarios compesci non potest.

Ad 5 dicit quod optaret Rev.mum cum decano, tamquam ad eam rem deputando, aliam inire rationem convenientem, quae strictior sit erectione<sup>25)</sup> et laxior Concilio Trident. vel Mechlin.

Ad 6—8 et reliquos dicit se nihil scire.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit se nihil observasse.

Ad 2—3 et reliquos dicit se nihil scire singulare.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1—2 et reliquos art. dicit se audivisse quedam hospitalia perire, sed non scire quae sint.

## De muneribus et officiis personarum.

Ad 1 et reliquos dicit se nihil scire eorum.

## De probitate vitae.

Ad 1um dicit se nihil scire.

Ad 2 dicit quod audivit tale quid fieri de beneficiatis, sed nescire qui sint.

Ad 3 et reliquos se nihil scire dicit.

Ad interrogata ista dixit, promittens quod suggeret si aliquid aliud occurrat et visitationem promovebit. Et sic dimissus est.

## 18.

Eodem die hora quasi tertia comparuit ven. d. et mag. **Simon Verepeus** can. eccl. Buscod., presentibus d. Conr. Ottonis et Wilh. de Beca.

## De officio divino.

Ad 1um art. dicit quod ei multum displiceat nimia celeritas in cantandis psalmis, maxime in vigiliis, quae tanta est ut vix legentes assequi possint. Item quod ante lectiones vigiliarum non legatur oratio dominica.

Ad 2—4 dicit omnino esse magnum abusum et non tolerandum.

Ad 5 dicit quod si modus conveniendi et permanendi in choro et distribuendi, tempore Metsii receptus et usitatus, possit resumī, id summopere probaret.

Ad 6—11 dicit se nihil posse dicere, nisi quod quidam rusticas vel extraneas ceremonias habent a directorio Romano, quod optaret, ut sit uniformitas, ab omnibus sequi et servari.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1—2 [et] ad reliqua omnia refert se ad ea, quae suggererunt d. decanus et archidiaconus, quos cum d. Rev.mo audivit.

Preterea cuperet institutas esse scholas dominicales, opus piissimum.

Preterea optaret, quantam iniquitas temporum admittat, re-sumptionem seminarii. Item optaret quod in singulis concionibus prior pars esset catechistica, et quod catechesis integre singulis annis absolveretur. Inquiratur a Larovio <sup>26</sup>), quid quaeratur neg-

ligi in anniversario fundatoris sui. Idem Larovius conquaeritur, quod capitulum non solvat siliginem ad distributionem a fundatore suo relictum. Conquaeritur etiam de computu provisorum penoris.

Ista sunt quae dixit Verepeus, promittens quod suggeret quae occurent ad promovendam visitationem. Et sic dimissus est.

Cuperet d. decanum exemptum esse a convivio circulari <sup>27)</sup> propter nimiam familiaritatem vitandam.

## 19.

Eodem die hora quasi media tertia comparuit ven. d. et mag. **Theodoricus Veldingen**, can. eccl. Buscod., presentibus d. Conr. Ottonis et Wilh. de Beca.

## De divino officio.

Ad 1um art. dicit quod cuperet omnes in choro sedere vel stare vel sese gerere secundum prescriptum rubricarum, ut non sedeant cum ex praescripto rubricarum flectere genua debeant. Conqueritur etiam de precipitantia cantus. Item optaret nullos dominorum legere horas suas nisi cantando, quod si fieret nemo veniret serius, nemo excurreret, ante finem decederet. Cuperet etiam neminem recipi ad residentiam ignarum cantus.

Ad 2—4 dicit hoc omnino expedire.

Ad 5 recipit Consilium Mechliniense.

Ad 6—11 dicit se nihil scire, nisi quod optaret dumtaxat caeremonias in divinis adhiberi et preces, quae in rubricis ordinantur et nihil eorum omitti.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 cuperet observari et inquirendum esse, an observentur in juribus receptionis et similibus, et preterea in anno gratiae et fabricae et similibus.

Ad 2 putat observari.

Ad 3 dicit sibi iniquum videri capitulum 3 junii de petenda residentia pro iis qui minus cogitant de absentia.

Ad 4 dicit se nihil scire.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad 1—2 dicit se [foundationum] neque eleemosinarum habere notitiam.

Ad 3 dicit anniversaria satis ossitanter celebrari.

Ad 4—10 dicit se nihil scire.

Ad 11 optaret etiam fieri computum singulis annis de vinis promptis et pretio recepto, ut omnibus constet quid supersit, an desit.

Ad 12 dicit se multa audivisse sed nescire.

#### De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 et reliquos dicit se bene sperare.

#### De probitate vitae.

Ad 1 et reliquos dicit se nihil singulare habere.

Ad 21 conventus capitulares sub divinis cuperet prorsus tolli, nisi occurrentibus negotiis quae requirunt festinationem.

Fertum sive convivium circulare quorumdam cuperet abrogari, tum quod propter nimiam familiaritatem adimat auctoritatem, tum quod quorumdam iudicio factionem sapere videatur.

Ista dixit d. Theodoricus, promittens quod suggeret si quid occurrat quod visitationi huic serviet. Et sic dimissus est.

### 20.

Die 25 sept. comparuit ven. d. **Joannes Eijndhoudts**, can. eccl. Buscod. <sup>28</sup>)

#### De divino officio.

Ad 1um art. dicit nihil observasse.

Ad 2—4 dicit se quidem talia observasse et cupere ut emendantur.

Ad 5 dicit sese optare et etiam juvare velle, ut capita ista in usum deducantur, sed bene videre quod cum dominorum gratia non sit futurum, sese tamen pro sua persona esse contentum.

Ad 6—7 et reliquos dicit se nihil certi scire.

#### De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1 dicit se nescire.

Ad 2 dicit se ita putare.

Ad reliquos dicit se putare ita omnia bene fieri, nisi quod non

possit probare inobedientiam quorundam beneficiatorum, si vera sint quae dicuntur.

De foundationibus et piis legatis.

Ad 1—3 et reliquos dicit se nihil eorum scire, nisi quod audivit hospitale Mons in Platea Puteana corruiere.

De muneribus et officiis personarum.

Ad 1—2 et reliquos dicit omnia bene fieri, nisi quod audivit aliquando a quibusdam conquaeri nonnullos plures missas suscipere quam celebrant.

De probitate vitae.

Ad 1—3 et reliquos dicit se putare omnia bene fieri, nisi quod etiam cuperet conventus capitulares fieri extra divina, si comoda ratione fieri possit. Haec dicit d. Eynhouts, promittens ad visitationem hanc suam operam dimissus est.

21.

Eodem die comparuit ven. d. **Wilhelmus Laerhoven**, rector seu sextarius beneficiatorum eccl. Buscod.

De divino officio.

Ad 1um art. cuperet cultum divinum fieri distinctius et quando sint foundationes cuperet beneficiatos omnes permanere in choro vel privari distributione, et etiam ut illi mulctentur qui sub divino officio extra chorum sedent fabulantes in ecclesia vel aliud facientes.

Ad 3—4 et reliquos dicit se nihil scire.

De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad 1um dicit se putare Cons. Trid. non observari.

Ad 2 dicit esse antiqua statuta et illis beneficiatos libenter parere; sunt alia recenter a capitulo in odium capellanorum<sup>29)</sup> statuta vel confecta, illis dicit nec se nec beneficiatos teneri, ex quo in ea nec consenserunt, nec vocati sunt ut consentirent.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad lum dicit quod anniversarium Gisberti Back juxta ipsius foundationem et testamentum seu ultimam voluntatem vel juxta librum anniversariorum capituli non servetur, propterea quod negligunt finitis vigiliis in choro legere „Miserere” et „De profundis”, item quod omittunt legere alteram brevem commemorationem.

De penore conqueritur, quod computus solet etiam beneficiatis fieri et nunc non fieri vel eorum deputato, et quod teria pars [lucris] spectat ad beneficiatos et nihilominus in eo non agnoscantur.

Preterea conqueritur quod ex peculio penuarii accipiant sumptus particularis processus capituli, sicuti ei accidit in processu, quem cum capitulo habebat.

Conqueritur de decano, quod melius satisfaceret officio suo, si diligentius permaneret in choro, permanendo abstineret a fabulis, lectionibus litterarum et processuum.

Conqueritur de D. Cornelio, quod percusserit D. Anthonium ab Heeswijck et Wilhelmum Segers, quem et in platea persecutus est; item quod excubatores coegerit ei tradere tesseram noctis.

## 22.

Eodem die hora quasi nona comparuit ven. d. **Daniel ab Emmerick**, rector seu sextarius beneficiatorum eccl. Buscod., et dixit :

## De divino officio.

Ad lum dicit nihil observasse singulare nisi quod displiceantur ei discursiones ex choro et quod optaret eos, qui sine legitima causa usque ad finem non permanent vel in ecclesia sedent fabulantes aut aliud facientes, mulctentur distributione.

## De decretis et constitutionibus ecclesiasticis.

Ad lum quantum ad statuta capituli attinet, dicit merito a suppositis illis parendum esse, nisi quod intelligat quaedam nova confecta esse statuta a capitulo, quibus beneficiati parere recusant.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad istos articulos dicit se nihil scire.

## De officiis personarum.

Ad istos et reliquos dicit se nihil singulare scire. Sed putat magnum esse abusum quod receptor capituli non solvat beneficiatis beginagii et eorum emolumenta propter auctum stipendium receptoris diminui, adeo quod ipse solus tantum habeat quantum beneficiati omnes.

Ista dixit d. Daniel et sic dimissus est.

## 23.

Eodem die comparuit d. **Andreas ab Hoesselt**, rector seu sextarius beneficiatorum eccl. Buscod., et ad interrogata respondit.

## De officio divino.

In primis dicit conscientiae suae et aliorum laqueum esse iuramentum, quod beneficiati tenentur prestare in acceptatione beneficiorum suorum de interessendo nocturnis et diurnis horis, et dixit se intellexisse hoc ab antiquo non fuisse, sed noviter adjec-tum.

Ad 2—3 dicit quod ei displicet beneficiatos, quando sunt fundationes, venire ad chorum tempore quo distributiones fiunt, et plumbeto vix accepto rursus evolant; et sedent in ecclesia fabulantes vel aliud facientes. Judicat eos debere mulctari distributionibus. Preterea dicit quod beneficiati statutis et ordinationibus capituli licitis et honestis pareunt quatenus tenentur parere, nam capitulum eis conatur imponere ad quod non tenentur.

## De foundationibus et piis legatis.

Ad Ium dicit aliqua beneficia ex pinguioribus esse suppressa et tenuia, quae non sufficiunt ad alendum sacerdotem, ipsis relinqui.

Conquaeritur quod computus penoris beneficiatis seu eorum deputato non communicetur, sicut solet fieri.

## De officiis personarum.

De reliquis dixit se nihil habere et sic dimissus est.

## 24.

Eodem die hora quasi 11a comparuit ven. d. **Anthionius ab He(e)swijck**, rector seu sextarius beneficiatorum eccl. Buscod.

Ad lum art. dicit quod optaret cultum divinum distinctius et devotius fieri et inveniri aliquam rationem ut fiant quotidianae distributiones, ut saltem sic beneficiati ad omnes horas compareant. Item cuperet hoc emendari quod beneficiati sub divinis sedeant fabulantes aut aliud facientes extra chorum et merito mulctandos esse saltem distributionibus.

Preterea quod ratio quotidianarum distributionum facile inveniretur, si beneficiatis relinquatur pars de decimis in Hees et Dinter<sup>30</sup>) et ex emolumentis penoris, unde solebant aliquando 50 florenos annuos recipere. Conqueritur quod ad provisionem penoris a capitulo nullus beneficiatorum admittitur, cum tamen Bartholomeus Merlaer et alii ex beneficiatis provisores fuerint.

Preterea dicit quod beneficiati non tenentur obedire capitulo, nisi in statutis de communi consensu fabricatis.

## De officiis et foundationibus piis.

De decano dicit quod deberet primo monere suos subditos antequam permittat eos super excessibus citari et defamari. Item quod aliquando visitet processus in summo choro et altari, et multum fabuletur sub divinis.

Dicit d. Cornelium ab excubitoribus in domo civica de nocte eductum schandalose ex suspecta taberna sub intersignio Aratri, et quod etiam pugnaverit in cemeterio cum Wilhelmo Segeri et quod ipsi d. Anthonio in propria domo percusserit et vim intulerit.

Item dicit d. Leonardum de Nistelroey chartis frequenter ludere in Ponte Gerlaci et brevi adhuc perdidisse 28 stuferos et alias 6 florenos.

Ista dixit d. Anthonius et sic dimissus est.

## 25.

Die 26 sept. comparuit ven. d. **Anthionius Nauwen**, cantor Becensis et rector seu sextarius beneficiatorum eccl. Buscod.

## De divino officio.

Ad art. 1—2 dicit quod ei displiceat officium divinum tam precipitanter cantetur et quod quidam nimis proni sint ad fabulas et risus et quod in stallis, ubi sedent secretarii civitatis, rideant et tractent secularia et alia choro indigna. Et quod etiam hac in parte plurimum peccet d. Decanus per integras preces in suo stallo fabulans, aliquando etiam de loco suo fabulandi causa ad alios concurrens, et potissimum quando officium habet et thurificat sub cantico Magnificat et Benedictus cum bastionario et vicecurato ei astantibus.

Ad 3—4 dicit quod excurrentes ex choro vel in ecclesia sedentes sub divino officio etiam horas legentes mulcentur distributionibus, sicut in aliis reformatis locis fit, nisi sit legitima causa.

Preterea observavit etiam inter canonicos esse qui sub precibus, quae requirunt genuflectionem, manent in stallo suo sedentes capite tecto et cum dorso supino pedibus contra pulpitem extensis, et preterea quod quidam etiam sub divinis sese ad somnium componunt et sternunt etc.

## De penore.

Dicit se nihil scire de computo ex quo beneficiati, qui solent cum dominis ibidem habere provisorem, excludantur. Item quod solet in penore solum unicum vas promi, nunc vero quando est singulare aliquod vas, servant sibi et pro suis simposiis<sup>31</sup>), commune vinum relinquatur gregariis<sup>32</sup>).

Item quod aliquando beneficiati participant 50 vel 100 florenos, nunc vero excluduntur et omnia secreto servantur, nulla exhibita ratione vel computo, ubi peculium penoris expendatur.

Item dicit sextarios ex legato mag. Cornelii Emberti recepisse 12 fl., qui non sunt applicati sed in alios usus expensi, ut patet ex computo distributoris.

## De officiis personarum.

Item displicet ei quod cantor cum sociis sub Benedictus, Magnificat, Te Deum et Evangelio sedeat, cum merito cum aliis deberet stare. Item quod in matutinis cappis exutis diffugiant ex choro, ubi deberent continuo manere tamquam directores chori.

Preterea dicit quod quidam ex clero aperiunt tabernas et promunt cerevisiam, quod vult ablatum.

Eodem die hora quasi octavo comparuit ven. d. **Joannes Balen**, rector seu sextarius beneficiarum eccl. Buscod., et haec dixit ad interrogata :

#### De divino officio.

Ad 1—2 dicit se nihil scire, nisi quod desideraret juventutem modestiorem.

Ad 3 excursions omnino improbat et cupit emendari et excursions mulctari.

#### De foundationibus piis.

De penore conqueritur quod ipse, non a confratribus suis deputatus sed a capitulo assumptus quasi provisor penoris, ad nulla negotia penoris vocetur, sed quod eo preterito provisores penoris per se omnia agant emendo vendendo distribuendo etc. in magnum gravamen beneficiarum, qui pretendunt tertiam partem penoris ad se pertinere et semper pertinuisse et aliquando tertiam partem emolumentorum cum capitulo divisisse.

Ista dixit d. Joannes et sic dimissus est.

Naar aanleiding van bovenstaande visitatie geeft Masius aan het Kapittel navolgende nieuwe statuten, 5 dec. 1595 (Arch. bisd. A K 1—20 B).

Statuta seu capita reformationis ecclesiae cathedralis Buscod. ordinata per R.D. Ghisbertum Masius, ejusdem ecclesiae episcopum, in hac parte Sedis Apostolicae delegatum.

Quoniam passim in sacrosancto Conc. Trid. episcopis inculcatur et serio injungitur visitationis munus, ut illi ea ratione in sua quisque diocesi quaecumque ad Dei cultum illiusque ornatum et coonestationem spectant, diligenter curent, et si qui circa eum abusus irrepserint, opportunis remediis tollant ac in clericorum vitam, mores et actiones sedulo inquirant et quidquid reformatione vel correctione in eis dignum repperint utilibus et salubri-

bus statutis et legibus emendent, ut sacerdotii dignitas pene concultata tandem resurgat et horrenda Dei ira juste contra nos ob scelera nostra concitata placetur, — Idcirco ea in parte officio nostro deesse non potuimus nec voluimus, presertim ad hoc ex parte Regiae Catholicae Majestatis admoniti, et notanter ut absque ulteriori mora visitationem in ecclesia nostra cathedrali inchoaremus et deinde ad collegiatas et alias inferiores ecclesias nostrae diocesis progredieremur.

Quare cum inter visitandum dictam ecclesiam nostram cathedralem et illius personas nonnulla deprehenderimus reformatione et emendatione indigere, illaque emendare et reformare magno opere cupiamus, ea reformationes capita, quae inferius sequuntur, existimamus eidem ecclesiae nostrae illiusque personis praescribenda et statuenda.

I In primis quod canonici in suis quisque stallis seu subselliis juxta ordinem suae receptionis (sicut fit in capitulo et aliis consensibus) manentes divinis officiis diurnis atque nocturnis non solum reverenter intersint, sed et devote cooperentur, psallentes cum psallitur et precantes cum preces dicuntur, sine fabulis, risu aliave morum levitate juxta ordinationem Conc. Trid. in hunc modum praescribentis: Omnes in choro ad psallendum instituto hymnis et canticis nomen Dei reverenter, distincte, devoteque laudare compellantur.

II Similiter quia hac in parte precipue delinquere comperiuntur beneficiati, qui licet omnes ex juramento et plerique ex beneficiorum suorum fundatione ad interessendum in choro horis tam nocturnis quam diurnis teneantur, nihilominus, frequenter prope omnes, tempore divinorum non sine periculo perjurii a choro sese absentant et vix unquam comparent, nisi quando speciales sunt distributiones, idque primum circa illud tempus cum illas a distributore dandas sciunt, quibus receptis continuo e choro ac etiam ex ecclesia evolant vel sedent in ecclesia fabulantes vel legentes vel aliud facientes, non sine magno laicorum scandalo et offenculo, — Statuimus et ordinamus ut similiter omnes beneficiati divinis officiis divinis atque nocturnis non solum reverenter in choro intersint, sed et devote cooperentur, psallentes et precantes aliaque facientes prout in superiori articulo de canonicis ordinatum est. Illi vero qui tempore divinorum extra chorum aut vagantur aut fabulantur aut aliud quidquam faciunt, etiamsi legant aut orent, mulctentur qualibet vice medio stufero per fiscum capituli exigendo.

III Deinde quia Conc. Trid. ea quae ad debitum in divinis officiis regimem spectant, deque congrua in his canendi seu modu-

landi ratione, de certa lege in choro conveniendi et permanendi, simulque de omnibus ecclesiae ministris, quae necessaria erunt, Synodo Provinciali statuenda commisit, ideo ex Synodo Prov. Mechl. statuimus et ordinamus, ne alii distributiones recipiant quam qui statis horis in choro intersunt, videlicet in matutinis ante finem primi psalmi, similiter et in vespere et in aliis horis, in missis vero tam de tempore quam anniversariorum ante primam collectam et inibi a principio usque ad ultimam cujusque officii orationem inclusive, excepta necessitatis causa, permanserint et tum demum et non antea plumbetorum distributio fiat.

Caeteri vero, quavis collusionem aut remissione exclusam, distributionibus careant, nisi excusentur ex causis expressis in capite „Consuetudinem” de clericis non residentibus in 6<sup>o</sup>. Praecipientes distributoribus, per capitulum et beneficiatos respective constitutis seu constituendis, ut hanc formulam distribuendi a Syn. Prov. auctoritate Conc. Trid. praescriptam et alias a capitulo acceptam et diu usitatam <sup>33)</sup> observent aliterque comparentes seu permanentes pro absentibus habeant ac distributionibus mulcent. <sup>34)</sup>.

IV Adhaec quia intolerabilis est abusus sub divinis officiis et iis quidem primariis, nempe summa et animarum missis, conventus capitulares eosque saepius in hebdomada celebrare, negotiaque capitularia pertractare solis hebdomadariis conductitiis in choro permanentibus, ideo statuimus et ordinamus, ne conventus capitulares deinceps celebrentur sub divinis officiis majoribus, sed inter matutinas et summam animarumque missas, vel summa missa peracta, vel saltem semel dumtaxat in hebdomada, nimirum in die sabbathi, ad quem diem omnia negotia reserventur, nisi casibus occurrentibus, quae moram non admittunt.

V Et ut insignis haec ecclesia cathedralis non dehonoretur vel inficiatur sectariis aut suspectae fidei personis, statuimus ne quis in ea deinceps in beneficiatum, capellanum, officiatum, ludimagistrum vel quemcunque alium ministrum capituli recipiatur, nisi Summo Pontifici obedientiam spondeat seque Catholicae et Romanae Ecclesiae alumnum profiteatur et simul hereses omnes, a sacris canonibus et generalibus conciliis, praesertim a Syn. Trid. damnatas, palam detestetur et anathematiset; et maxime ne quis canonicus admittatur, nisi eandem professionem juxta bullam Pianam <sup>35)</sup> non solum coram episcopo seu ejus officiali, sed etiam in capitulo fecerit, alioquin fructus non faciat suos, nec possessio ei suffragetur.

VI Insuper quia ingens est in dicta nostra ecclesia cathedrali beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum aliarumque piarum

fundationum numerus et plurimorum querimonia est circa ea non paucos defectus committi, imo nonnullos onera missarum suarum propria temeritate ad pauciores numerum reducere, ideo statui-  
mus et ordinamus ut omnes ante calendas januarii proximas beneficiorum et officiorum suorum in ecclesia cathedrali fructus et onera ad capitulum referant, extra ecclesiam vero ad sigilliferum nostrum, et ex omnibus exactum registrum conficiatur illiusque copia nobis tradatur, quatenus predicti defectus facilius detegi et emendari possint et pia fundatorum intentioni satisfacere.

VII Porro quia quaerelae tam ante quam in hac visitatione ad nos delatae sunt, quosdam beneficiatos suorum beneficiorum ac etiam communium beneficiatorum seu distributionum eorumdem bona ecclesiastica propria temeritate alienare vel eorum redemptionem admittere, necnon pia legata pro communitate, relicta pecuniasque ad opus distributionum applicandas recepisse et non applicasse, ideo statuimus et ordinamus, ut quam primum huiusmodi legata pro voluntate testatorum et quae ad opus distributionum aut alio modo applicanda sunt, ut fieri debet, applicent et quae alienata sunt restituant seu applicari et restitui procurent, nec deinceps quisquam vel canonicorum vel beneficiatorum seu officiorum census seu bona ecclesiastica propria auctoritate alienare praesumat.

VIII Quia vero valde scandalosum et populo offensivum est, quod decanus et canonici in exequiis defunctorum statim accepto cereo post offertorium ex choro ad capitulum exeant ut testamenta legi audiant, quo fit ut etiam amici defunctorum simul e choro abducantur et canonici lectis testamentis ex ecclesia abeant in fraudem defunctorum, qui suis praecibus et suffragiis privantur, ideo statuimus et ordinamus ut testamenta alio tempore convenienti ante vel post (prout decano et capitulo videbitur expedire) publicentur et omnia membra capituli in missa exequiarum usque ad finem permaneant sub poena privationis cerei et plumbetorum.

IX Item statuimus et ordinamus, ut singula membra hujus ecclesiae gerant habitum ordini et dignitati suae congruentem tam in ecclesia quam extra, qui neque pretio neque novitate inconsuetae formae offendant, coronis et barba decenter rasis.

X Praeterea quaecumque a Summis Pontificibus et sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrinaque retinenda ac simul de luxu, conversationibus, choreis, aleis, lusibus ac quibuscunque criminibus, necnon secularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita sunt, ordinamus inviolabiliter observari

sub iisdem penis ac majoribus, si opus fuerit, nostro arbitrio imponendis juxta potestatem episcopis tamquam Sanctae Sedis Apostolicae delegatis concessam.

XI Postremo cum insignis et exacta tabula ceremoniarum jam in choro appendeat, demonstrans qua reverentia et honore quibusve ceremoniis divinum officium in choro peragi debeat, mandamus et ordinamus ut illa ab omnibus tam canonicis quam beneficiatis et aliis chori ministris diligenter legatur et observetur illamque transgredientes corrigantur.

XII Denique quia frustra leges et statuta ordinantur nisi observentur et debitae executioni demandentur, hinc est quod serio monemus et requirimus eadem auctoritate, qua in hisce statutis ordinandis usi sumus, venerabiles dominos Decanum et Capitulum ecclesiae nostrae cathedralis, ut omnia et singula hic et in Conc. Trid. statuta observent et quantum ad eos pertinet observari procurent.

Et ne quis horum statutorum ignorantiam praetendere possit, statuimus, ut quando alia statuta capituli legantur, haec similiter in capitulo legantur.

Ita statuimus, ordinamus et discernimus.  
Ghisb. Masius, qui supra <sup>36</sup>)

Praenarrata capita reformationis de mandato et in praesentia praenominati Rev.mi D. coram venerabilibus dominis Decano et capitulo aliisque beneficiatis ac suppositis hujus ecclesiae cathedr. in loco capitulari congregatis et specialiter ad hoc convocatis lecta sunt et publicata atque ita ad manus D. Decani tradita per me, mag. Hermannum Tfilters tamquam notarium, a praenominato Rev.mo D. ad hanc visitationem et hunc actum specialiter requisitum, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, die 5a mensis decembris.

H. Tfilters.

Predictis statutis, ut premittitur prelectis, monui et mandavi Decano et capitulo habere rationem litaniarum et vigiliarum, quia tam precipitanter cantantur quod non solum scandaliscentur laici, sed etiam fundatores non modo nullam inde acquirant levioerem, sed potius majorem devotionem; praeterea quod sua fundatione causa sunt injuriis, quia Deo per hujusmodi praecipitantem cantum irrogatur. <sup>37</sup>)

2. Quia observatum erat a laicis et clericis et ad me in hac visitatione delatum, licturgum <sup>38</sup>) celebrantem summum sacrum, dum stat ante altare sub aspersione aquae benedictae, dum defert

Venerabile Sacramentum in processione, dum sub missa sedet in presbyterio, fabulari cum diacono et subdiacono, monui similiter Decanum ut illius deponat curam habeat et emendari procuret.

3. Monui et mandavi cantori et sociis suis, ne posthac in matutinis sub tertio nocturno et Te Deum cappas deponant et choro egrediantur.

4. Quia ecclesia non est pro canibus, sed fidelibus, en quia canes nihil nisi mali faciunt in ecclesiis, nempe stercorebus suis maculant ecclesias, lotio suo commingunt antependia altarium, latratibus suis turbant divinum officium et non erubescunt publice etiam in choro congregari etc., ideo mandavi omnibus canes suos domi relinquere.

5. Monui et mandavi beneficiatis Decano et capitulo debitam prestare obedientiam et reverentiam et abstinere a processibus et contentionibus cum capitulo, ut in nobis adimpleri possit: „Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum”.

6. Denique propter abusos quos reperi in confessionibus, revocavi omnium confessoriorum protestatem et mandavi ne quis deinceps audiret confessiones, nisi de novo admissus.

Et sic terminavi hanc visitationem.

#### Bijlage 1 (zie blz. 11)

Het kapittel bezat op de Papenhulst een huis „domus penoris”, ook „penuarium” geheten, een soort hotel met wijnkelder, waarin niet alleen wijn en bier, maar ook (althans omstreeks 1500) ook eetspijzen verkocht werden. Het verhuurde dit huis aan een kannunik, die het exploiteerde onder toezicht van jaarlijks op vigilie van St. Jan te kiezen drie kannuniken en één beneficiant en jaarlijks rekening en verantwoording moest doen. De exploitatie had mede ten doel uit de winst het bestaan der kannuniken en beneficianten te verbeteren. Het huis vond zijn klanten niet enkel onder de kapittelheren en geestelijkheid, maar ook onder de burgerij, want omdat „die weerlycke luden” in de wijnkelder van het

kapittel met de kapittelleden „dagelycx gaen eten ende drincken”, geeft de Raad van Brabant op 9 sept. 1505 aan de stadsregering advies dit te verbieden, tenzij de burgers hun eigen wijn zouden meebrengen („hueren wijn met hen zouden dragen”). De stadsregering en een groot deel der burgerij begonnen zich in die tijd te verzetten tegen de vrijdom van wijn en bieraccijns, die het kapittel van ouds genoot. In 1516—1517 ontstonden daarover grote onlusten in de stad.<sup>39)</sup>

Blijkens onderstaande acte schijnt het kapittel in of kort vóór 1486 het „domus penoris” gekocht te hebben.

1486 juni 7. De beneficianten der St. Jan verklaren ten genoeg van het kapittel de laatste termijn te zullen betalen voor het aandeel, dat zij hebben in het huis, dat het kapittel samen met beneficiantencollege heeft aangekocht. (Copie in arch. bisd. „Capitulum Buscod. A K I—20)

In nomine Domini Amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate ejusdem Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, mensis junii die septima, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii, divina Providentia pape octavi anno secundo, coram venerabilibus viris, magistris et dominis Ghiselberto de Bije decano, Mathia de Gompel, Jacob Maes et Johanne Pavonis, canonicis ecclesie St. Joannis Evang. opidi Buscoducensis Leod. dioc., suo et dominorum capituli dicte ecclesie nominibus, in camera computatorie ejusdem ecclesie ad hec et alia facienda principaliter congregatis, meique notarii publici ac testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter etiam et rogatorum presentia, personaliter constituti discreti viri, domini Henricus Martini de Zoemeren, receptor communium reddituum cappellanorum beneficiatorum dicte ecclesie, Adrianus Bartholdi vanden Elshout, Romboldus Zavelberchs de Moll, Henricus dictus de Brede filius quondam Zegeri, Jacobus filius quondam Joannis dicti Wolffairt, Theodericus Spijse, Rodolphus Coenen, Johannes Calcificis de Boextel, Joannes dictus de Ponte de Heyst et Henricus de Loe de Oesterwijck, presbyteri in pretacta ecclesia perpetui beneficiati, et tam suo quam etiam quorumcunque aliorum cappellanorum in pretacta ecclesia beneficiatorum presentium et futurorum nominibus et pro eis.

Quiquidem cappellani exposerunt qualiter in emptione domus quondam domini Henrici Aelberti, canonici dum vixit dicte ecclesie, ad usum communem dicti capituli et cappellanorum, pro tempore in dicta ecclesia beneficiatorum, pro aliqua ejus parte ut dicti decanus et canonici supradicti recognoverunt, spectantis, ipsi cappellani in solutione ultimi termini dicte domus eosdem cappellanos tangentis defectuosi existerent pecuniamque promptam et ad massam communem cappellanorum eorundem dudum successive ex testamentis et aliis collectam in hereditarios redditus ad opus dictorum cappellanorum exposuerunt et converterunt. Quapropter praefati cappellani de quota, eos contingente occasione ultimi termini solutionis hujusmodi, eosdem dominos decanum et capitulum contentes reddere volentes partemque domus hujusmodi agnoscentes, annuos et hereditarios census subscriptos, erga quos memorati dominus decanus et capitulum consimiles census equales vel inequales habere dinoscuntur, loco solutionis ultimi termini hujusmodi assignaverunt. Et primo annum et hereditarium censum duarum librarum, monete pro tempore solutionis hujusmodi census in pretacto opido ad bursam communiter currentis, solvendum anno quolibet hereditarie de et ex domo, area, orto ac petia terre sibi coadjiciente, unam maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Geffen ad locum, dictum communiter die Vliensche straet, necnon ex petia terre quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia ad locum dictum die Heye, antedictis cappellanis pro anniversario quondam D. Jacobi de Vessem, beneficiati dicte ecclesie, legatum. Item annum et hereditarium censum viginti solidorum monete preadictae de annuo et hereditario censu duodecim librarum hujusmodi monete solvendo annuatim et hereditarie ex domo, area et orto Wilhelmi filii quondam Egidii de Herenthem, sitis infra pontes in Gestel, necnon ex petia terre, dicta een hopvelt, sita ad locum dictum Heseacker, ac aliis contrapignoribus; quem censum duodecim librarum hujusmodi prelibati domini decanus et capitulum erga Wilhelmum praefatum ad opus dicti capituli quoad undecim libras et ad opus dictorum cappellanorum quoad ultimam libram seu viginti solidos hujusmodi pro anniversario quondam magistri Godefridi Cromme, canonici dudum dicte ecclesie, emendo acquisierunt, Item annum et hereditarium censum viginti solidorum monete dicte, solvendum dudum dictis cappellanis pro anniversario quondam Hadewigis, dudum uxoris Ricoldi inden Cluyt, de et ex hereditate Aleydis filie Jacobi vander Heijen, sita in vico dicto communiter ten Boirde in opido de Buscoducis. Insuper medietatem annui et hereditarii census duarum librarum

dicte monete, dominis decano et capitulo, necnon cappellanis predictis hinc inde mediatim pro anniversario quondam Joannes Moens et Elizabeth sue uxoris legati, solvendi anno quolibet hereditarie ex hereditate Henrici dicti Kemerkens, nunc vero Jacobi de Engelen, sita ultra pontem Piscium ejusdem opidi, juxta litterarum scabinalium et instrumentorum desuper confectorum continentiam et tenorem. Quosquidem census et quemlibet illorum antedicti cappellani beneficiati prelibato D. Decano presenti et ad opus suum et capituli sui acceptanti loco solutionis ultimi termini dicte domus, eosdem cappellanos pro tempore concernentis et satisfactionis ejusdem, supportarunt una cum litteris et instrumentis pretactis ac toto jure sepepredictis cappellanis in illis quomodolibet competente, et effestucando resignaverunt modo in talibus consueto. Promittentes antedicti cappellani nominibus quibus supra, quod videlicet ipsi assignationem, supportationem et resignationem predictas ratas et firmas perpetue sine contradictione observabunt; et quod ipsi videlicet obligationem, ex parte quorumcumque cappellanorum in dicta ecclesia beneficiatorum presentium et futurorum, in hujusmodi assignatis censibus existentem et eventuram, prelibatis dominis Decano et capitulo deponent omnino sub ypotheca et obligatione quorumcumque bonorum ad massam communem eorumdem cappellanorum spectantium et pertinentium, presentium et futurorum.

Super quibus tam D. Decanus ad opus capituli quam dicti cappellani ad opus eorumdem cappellanorum petierunt et hinc inde consenserunt fieri et confici eis instrumentum unum publicum vel plura in forma meliori.

Acta fuerunt hec in camera computatorie praetacta sub anno, indictione mense die et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem dicretis viris dominis Nycolao Walteri Franconis succentore et Waltero Jonathe de Eyndovia, presbyteris dicte ecclesie testibus fide dignis, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et sic subscriptum: Et ego Joannes Amelrici de Buscoducis, clericus Leod. dioc., publicus imperiali auctoritate et venerabilis curie Leod. notarius juratus, quia praemissis...

Joannes Amelrici de Buscoducis.

Onder aan de rand van het stuk schreef iemand (waarschijnlijk een lid van het Bossche beneficentencollege):

Per istud instrumentum patet, quod beneficiati habent partem

in domo cummunis vini et quod partem suam plene solverunt ; ergo bene custodiendum.

Een andere copie (seminarie Haaren, Stukken over het Bossche kapittel, nr. 119) heeft in dorso : Quod capellani ecclesiae cathedralis habent partem in cavea.

## Bijlage 2. (zie blz. 31)

Op de 4e zondag van de Vasten (Dominica Laetare), waarop de Kerk in het Introitus zingt : „Laetare Jerusalem et conventum facite”, hielden de Bossche kanunniken onderling een „fertum” of feestmaal, „convivium Laetare”, ook „convivium reconciliationis” (verzoeningsmaal) genoemd.

Ofschoon dit vriendenmaal reeds door Sonnius bij de visitatie van het Kapittel in 1568 verboden was <sup>40)</sup>, was het ten tijde van Masius nog in zwang. In de statuten, die Masius op 5 dec. 1595 aan het kapittel gaf, is geen woord over dat convivium te vinden. Hij vaardigde er een afzonderlijke statuut over uit, dat aldus begint :

„Admodum bene et laudabiliter institutum est in capitulo nostrae ecclesiae cathedralis convivium reconciliationis, ipsa die dominica Laetare quotannis in cibo quadragesimali sobrie celebrandum, ubi si quae inter aliquos ejusdem nostrae ecclesiae canonicos illo anno fuerint ortae dissensiones seu inimicitiae amice deponuntur et sopiuntur. Verum ea in re varii et graves defectus et excessus longo temporis tractu supervenerunt atque hujusmodi convivium pene in omnem luxum abiit”.

Soms — zo zegt hij verder — werd het zelfs tot Palmzondag voortgezet, geheel en al in strijd met zijn oorspronkelijke instelling. Hij schrijft dan voor, dat de reconciliatie moet plaats hebben op Half-Vasten-Zondag 's-morgens in het kapittel en het convivium 's-middags in „cibo quadragesimali sine lacticiniis et pastillis et absque musica” en alleen op die zondag „omni superfluitate et luxu excluso”. Het convivium zal klokslag 12 uur beginnen en eindigen vóór de Vespers, die op die dag, indien men

dit „pro exhilaratione canonicorum” wenselijk acht, pas om 3 uur hoeven te beginnen.

*Arch. Sem. Haaren nr. 137.*

*B. Masius met Coeverincx als secretaris visiteert het kapittel van Boxtel 30 juli 1608 (Arch. bisd. A K I—2) 41)*

Auditi et examinati sunt canonici anno 1608 10 iulii in Boxtel.

D et mag. **Guilielmus Cuperius**, [decanus] annorum fere sexaginta octo, [dicit] : Domina de Bredenroede Margareta, filia Goswini de Bercht, sedet in choro ultima post canonicos. <sup>42)</sup>

Singulis septimanis servantur memoriae defunctorum et qui absunt nihil perdunt, exceptis paucis quae in promptis solvuntur. Olim solent distribui plumbeta ex reformatione Rev.mi D. Sonnij, quae jam cessant ob maligna tempora. Dicit se nunquam venire ad chorum cum galero, sed solummodo cum pileo quadrato et tunica talari; Daniel [Verrijt] ob infirmitatem venit cum galero; canonici non veniunt cum almutio ad chorum, etsi existimet ante turbata tempora cum almutio venisse.

Non putat ullum canonicum vel ecclesiasticum esse suspectae conversationis. Omnes ordine servant turnum incipiendi horas. Sunt tria aut quatuor beneficia; filius Leonis(?) Conincx unum beneficium S. Mariae Magdalenae et Georgii obtinet loco D. Joannis Zeelstii, studet Lovanii in Porco et legit horas, ut putat, habet etiam beneficium S. Servatii unitum cum consensu Dmi de Bassigny <sup>43)</sup> et Rev.mi Erectio capituli est ab annis 130 aut circiter. Hic sunt decanus et octo canonici. Jam absunt mag. Petrus vanden Schoot et D. Petrus Vladeraccus, habent annos carentiae <sup>44)</sup> et possunt venire ad residentiam proximo festo divi Joannis. Post „Venite” nemo venit ad horas nisi alleget decano absentiae causam. Henricus Vos Boxtellensis est receptor capituli. D. Guilielmus Lucae pro choralis reliquit bursam sexaginta unius florenorum, quam obtinet filius Leonis(?) Conincx nunc(?) hic existente choralis eam petente, cui alioquin debetur <sup>45)</sup>. Chorales jam amplius non servientes choro et studium Busciducis vel alibi continuantes habent ex fundatione Guilielmi Lucae emolumentum, de quo notitiam habet Bresserus.

Guilielmus Cuperius <sup>46)</sup>

**Petrus Theodori Bresserus** annorum 62, denominatus canoni-

cus anno 1580 a domino de Bassigny. Domina de Bredenroede sedet in consueto loco domini de Bassigny, quae sedet ultimo loco; veniunt et pedissequae ejusdem dominae; sedent inferius in choro. Domina de Bassigny, quando comparet, sedet inter altare summum et tabernaculum Venerabilis Sacramenti.

Canonici non gestant almutia propter mala tempora, quae solent gestari bonis temporibus per canonicos; solent etiam beneficiati gestare almutia alterius coloris ac residentes bonis temporibus. Johannes Coninx est beneficiatus beneficiorum Magdalenae, Trium Regum, Brigidae et Servatii; valent circiter quinquaginta florenos ex dispensatione episcopi et accessit reformatione Rev.mi D. Sonni. Fatetur etiam male fieri in anniversariis dari distributiones non comparentibus, nisi absentes excusarentur a capitulo; rectores scholae gaudent distributionibus anniversariorum quum occupantur in schola, si non occupantur, non excusantur. Abbreviatur praefatio in missa hora octava diebus feriatis aut etiam festivis occurrentibus.

Pastor est epistolarius et simul evangelarius diebus dominicis et festis; feriatis vero diebus cantat canonicus missam hora octava et summam missam absque diacono et subdiacono. Pro missa vero hora octava celebranda de Sancta Anna feria 3a capitulum non habet nisi octo florenos, ex quibus solent ludimagistro cum suis satisfacere<sup>47</sup>). Leges chori solent servari tempore Posthouderii<sup>48</sup>). Item non solent cantare Venite, hymnum Te Deum, capitula, collectas, Magnificat et Benedictus nisi stantes et detecto capite. Fatetur non esse distributorem aliquem, sed hebdomadarium, qui horas omnes incipiat et finiat. Celebrantur omni anno duo capitula, altera Servatii et altera Andreae, nisi tamen sit festum celebrandum et transfertur tunc in sequentem diem non festivum. <sup>49</sup>) Si autem ex causa decanus indicat capitulum, comparent canonici et comparere tenentur. Non scit aliquem canonicorum esse suspectae conversationis.

Petrus de Bresser pr.

**Daniel Verrijt**, canonicus annis 21, aetatis 75, dicit esse tenue capitulum et multa incumbere onera; non sunt hebdomadarii, sed ipsimet subeunda onera. Dicit nullas dari distributiones, sed optaret illas dari. Absentes a choro et anniversariis nihil perdunt et non habent praesentes et comparentes ex anniversariis ultra novem renenses. Canonici aliquando veniunt cum galero, quidam etiam cum pileo quadrato. Declarat quod anniversaria fundata

servantur cum vigiliis et missa, sed nunquam est memoria defunctorum, quando non est specialis fundatio; et visitantur sepulchra fundatorum anniversariorum. Solent bonis temporibus gestari almutia, sed tempore residentiae; et nunquam vidit gestari ob malignitatem temporum.

Nullos scit ex suppositis malae conversationis.

Daniel Verrijt, presb.

**D. Abel de Monte S. Gertrudis** annorum 60, canonicus ab annis 15:

Non gestant tempore residentiae almutia, sed putat quod bonis temporibus solent gestari almutia. Non dantur distributiones plumbetariae; absentes et presentes habent aequae multum, nisi in paucis anniversariis, ubi dantur distributiones actualiter comparentibus. Non scit aliquem esse suspectae conversationis ex omnibus suis confratribus. Non est alius beneficiatus praeter Joannem Coninx studentem Lovanii et quemdam Michaelem Cocx, qui permutavit canonicatum cum D. Gosuino Oirscottensi de consensu domini temporalis.

Dominus Abel Goedefridi Authoesden.

**D. Adrianus Jodoci Boxtellensis**, canonicus ab annis fere octo, annorum quinquaginta, dicit plumbeta non dari.

Presentes et absentes aequae multum habent nisi in paucis anniversariis, quae habent paratas distributiones. Fatetur quod almutia nunquam gestavit tempore residentiae, sed ea solita esse gestari tempore pacis audivit. Fatetur extra ecclesiam gestari galeros, sed ad chorum venire cum pileo quadrato, quandoque cum galero, sed eos non uti galero in cantando.

Non scit aliquem esse suspectae conversationis.

D. Adrianus Jodoci Boxtellensis.

**D. Gulielmus Buerden Oistervicanus** annorum 44, canonicus factus ab annis quatuor cum medio, per tres annos [fuit in] pastoratu; et ex canonicatu D. Lambertus Schindelensis habet 180 fl. et 5 modios siliginis et hordei praeter nolam et stolam. Curabit abradi barbam, quam habet prolixam. Fatetur non gestari almutium. Nullam dicit esse distributionem. Galeros fatetur gestari foris et canonicos venire usque ad ecclesiam cum galeris, sed sine galeris veniunt ad chorum.

Willem van Buerden.

**Gosuinus Gerardi Goessens** annorum 46, canonicus residens a festo divi Joannis ultime praeterito.

**D. Lambertus Schindelius**, pastor a festo divi Joannis a capitulo assumpto.

Parum habet quod dicat de statu capituli, eo quod recenter advenerit ex Roda, commisso ei pastoratu a capitulo.

De volgende dag publiceerde de visitorator in het kapittel onderstaande statuten (Arch. bisd. A K 1—2).

Gisbertus Masius, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Buscoducensis, peracta ecclesiae et capituli S. Petri Apostoli Boxtellensis visitatione, ea quae sequuntur pro decore domus Dei statuit et ordinavit, necnon a dicto capitulo observari mandavit.

Cum vigor cultus divini ex bono et fideli distributore dependeat, curabit capitulum antiquam et laudabilem distribuendi per plumbeta consuetudinem, aliquot annis ob maligna tempora intermissam, in usum reduci juxta statuta Concilii Mechliniensis cap. 3 de cultu et officio divino. Neque aliis quam actualiter sub divinis in choro presentibus dictorum plumbetorum distributio fiat, nisi excusentur ex causis in capite „Consuetudinem” de clericis non residentibus in Sexto <sup>50</sup>), juxta generalis concilii Trid. et provincialis Mechliniensis praescriptum.

Anniversaria vero, specialiter fundata cum decantatione vigiliarum et missae animarum, serventur et sepulchra visitentur, nec emolumenta ullatenus percipiant nisi illi qui similiter vigiliis et missae animarum personaliter interfuerint, nisi ex causis in dicto cap. „Consuetudinem” expressis excusentur.

Eadem ratio in festis debitis servetur.

Nemo canonicorum deinceps praesumat cum galero venire ad chorum, sed dumtaxat cum pileo sacerdotali, tunica talari, superpellicio et almutio canonicali, ut fieri consuevit; alioquin distributionibus pro eo tempore, quo sic comparuerit, privetur.

Dum in choro cantatur versus Domine, labia mea aperies, Deus in adjutorium meum intende, psalmus Venite exultemus Domino, hymnus Te Deum, Benedictus, Magnificat et Nunc dimittis, necnon in summa missa Gloria in excelsis et Evangelium canonici omnes cum reverentia et attentione erecti stabunt junta Coeremoniale ecclesiae cathedralis.

Curabit decanus vel vicedecanus pro conservanda disciplina et tollendis abusibus, quos in moribus obrepere continget, et pro temporalium bonorum conservatione quolibet mense semel com-

municare capitulo, ut ea quae reformanda videntur refoermentur et emendentur.

Cum nullatenus deceat mulieres in sedilibus canonicorum vel beneficiatorum sedere, in posterum non permittentur ad dicta sedilia venire.

Ut non turbetur in choro cultus divinus et ut commodius poenitentium confessiones excipi possint, curabunt magistri fabricae aliquot sedes pro confessariis extra chorum constituere.

Haec statuta in loco capitulari, capitulo capitulariter congregato, publicatae sunt anno Domini 1608, die ultima mensis julii.

Juist een maand later was de bisschop weer met Coeverincx in het kapittel, dat alsdan beloofde de gegeven statuten te zullen onderhouden, waarna hij zich naar de aangrenzende parochie Esch begaf. Een en ander blijkt uit hetgeen hij schreef op de laatste folio van het vier-bladig stuk, waarop het visitatieverslag van 30 juli voorkomt :

Ista statuta sunt in capitulo publicata et acceptata cum promissione ea observanda, presente ibidem D. Gisberto Coeverincx, decano Buscoducensi.

Die 31 aug. 1608.

Daaronder :

Essche.

Eodem die visitavi et reconciliavi ecclesiam de Esse cum coemeterio, necnon tria altaria. Nonnullos ibi etiam confirmavi.

C. *Vergezeld van zijn kapelaan en Coeverincx, visiteert Masius kapittel en parochie van Eindhoven op zondag 25 sept. 1608 (Arch. bisd. A K 1—2).*

Rev.mus D. [episcopus] die 25 mensis septembris anno 1608 declaravit venerab. Dominis decano et capitulo Eyndoviensi, in loco capitulari capitulariter congregatis, se venisse Eyndoviam, ut ecclesiam et capitulum Eyndoviense juxta Conc. Trid. visitet et in primis tres illis proposuit articulos, ad quos eorum responsum expetiit :

1e Utrum acceptent et admittant decreta et statuta Conc. Oecumenici Trid.?

2e Utrum velint admittere suam visitationem juxta dictum Conc. Trid.?

3e Utrum velint ei communicare munimenta, quae sibi ad hanc visitationem expedire et servire posse judicabit?

D. decanus et capitulum, praehabita aliquali deliberatione, respondent se admittere decreta et statuta Conc. Trid., necnon visitationem Rev.mi D. juxta Conc. Trid. in conformitate reliquarum ecclesiarum collegiatarum hujus dioecesis Buscoducensis, se etiam paratos esse exhibere in loco tuto ea munimenta, quae sibi ad hanc visitationem servire poterunt.

Deinde Rev.mus D. petiit sibi exhiberi erectionem, statuta, ordinationes et privilegia capituli, necnon visitationes D. Royardi Tapper <sup>51)</sup> et Rev.morum D. Sonnii et Metsii. Dicunt domini se non habere visitationem D. Royardi, reliqua quatenus habent.

**D decanus Henricus Curtius** interrogatus de officio et cultu divino, dicit se pudere ut videat fieri cum tanta irreverentia, nunquam cantantur matutinae, nisi diebus dominicis et festivis, quae tunc inchoantur a 3<sup>o</sup> nocturno; aliis diebus incipiunt officium a prima et cantantur reliquae horae usque ad completorium inclusive; nec cantatur officium defunctorum, nec ulla celebrantur anniversaria nisi eorum, qui a paucis annis sunt mortui eaque sic fiunt, quia dicunt se esse nimis paucos et ob hoc judicaret D. decanus beneficia, quae nimis sunt exigua uniri cum restrictione residentiae et sacerdotii, ut sic numerus residentium posset esse plenior. Interrogatus de distributionibus, dicit nullam fieri distributionem et comparentes et non comparentes aequè multum habere, nec esse scriptorem, neque etiam esse usum plumbetorum, quamvis D decanus aliquando obtulerit se suo sumptu curare, ut plumbeta ad usum distributionum conficiantur.

Dicit etiam omnes in choro comparere cum tunica talari, cum superpellitio, almutio et bireto quadrato vel nudato capite ex sacristia, nisi quod custos aliquando veniat sine superpellitio, quia dicit se unum dumtaxat habere, et ludimagister nunquam venit cum superpellitio.

Interrogatus de juribus receptionum <sup>52)</sup> dicit se non perfecte nosse, sed refert ad scripta capituli.

Interrogatus de piis fundationibus, dicit iillis nullo modo satisfieri, saltem oneribus multorum beneficiorum absentium. Dicit etiam se aliquando audivisse beneficium quoddam, in Woensel

fundatum in altari SS. Antonii et Sebastiani valens decem modiis siliginis vel circiter, et a capitulo translatum in Vucht ad usum sui pastoris <sup>53</sup>).

Interrogatus de hospitalibus, dicit se non nosse aliud quam domum civicam <sup>54</sup>); et videt in ecclesia eleemosynas distribui et audit maximas querelas; etiamsi fiant computus, non tamen praestari reliqua et dicit in hoc maxime defectuosum esse Stribossch <sup>55</sup>).

Dicit etiam Martinum Wagetum <sup>56</sup>) testamento reliquisse centum quadraginta florenos pro libris et cantualibus in choro eosque audit recepisse Kesselium <sup>57</sup>) et non applicasse ad libros. Dicit etiam cantorem non satisfacere officio suo, nec posse propter curam animarum in Tongelre <sup>58</sup>).

Optat ut pastor, Cuytsius, Dilenus [canonici] et siqui alii habuerunt administrationem bonorum, suae administrationis redant computum.

Dicit sibi etiam displicere Cuytsium habitare in publico diversorio.

Dicit etiam D. Eeckart <sup>59</sup>) plurima sub se habuisse capituli munimenta, quae pastor Woensellensis et D. Michael [Merevortius] canonicus tanquam executores sub se habent vel sciunt ubi sint et petit illis demandari, ut ad archivas deferant et sese canonicis expurgent; et similiter alii, qui fuerunt executores domitorum [canonicorum] Marci Silvani et Nicolai Horckii et aliorum.

**D. Sebastianus Kesselius**, canonicus et pastor, S.Th.B., Mouguntinus, interrogatus de officio et cultu divino, dicit in eo esse defectum et aliquos fabulas miscere.

Dicit etiam nunquam cantari matutinas nisi diebus dominicis et festivis, eas inchoando a 3<sup>o</sup> nocturno et hoc, quia non habent libros. Fatetur etiam verum esse D. Wagetium in testamento circiter centum daleros reliquisse pro reparatione ecclesiae et librorum secundum usum Romanum et alias non, se etiam illam pecuniam recepisse et ex ea pro comparandis libris capitulo sexaginta florenos vel amplius tradidisse, reliquam autem pecuniam pro ornamentis altaris, quia non habebat unum linteamen, quo celebraret. Capitulum vero dictos 60 florenos impendit graduali, scribendo apud fratres <sup>60</sup>).

Dicit singulis septimanis uno die celebrari anniversaria in septimana occurrentia cum missa et vigiliis novem lectionum, absque tamen visitatione sepulchrorum.

Dicit etiam olim fuisse consuetudinem plumbetorum pro distributionibus, sed eam a multis annis abragatam, nullamque nunc fieri distributionem.

Optaret etiam beneficia omnia reduci ad quatuor et uniri cum restrictione residentiae et sacerdotii, ut sic cultus divinus perfectius fiat.

Dicit unam medietatem decimarum esse pro oneribus capituli et alteram pro visitantibus chorum, ex qua beneficiati habent decimam quartam partem.

Interrogatus de juribus receptionum, dicit beneficiatos solvere duodecim florenos, canonicos viginti quatuor, decanum duplum, ex quibus bastionarius, ludimagister et custos singuli habent unum florenum.

Interrogatus de missis fundatis, dicit quod canonici illas celebrent quantum possint. Dicit etiam capitulo incumbere onera absentium beneficiatorum extra universitates, quia non recipiunt fructus; qui vero student in universitate, recipiunt fructus.

Interrogatus de hospitali, dicit olim fuisse hospitale pro peregrinantibus, in quo solet habitare vir et mulier, qui pauperibus ministrabant, sed ibi nunc esse aedificatam domum civicam ex bonis istius hospitalis. Nunc, dicit, bene administrari, sed administratores [magistri Spiritus sancti] non posse facere computum propter Stribossch, a pastore et magistratu constitutum generalem receptorem, non obstante quod per duas vel tres sententias a magistratu ad faciendum computum sit damnatus; quod autem sententiae non demandantur executioni fieri per drossardum, qui ipsum defendit.

Inventus est Strybossch ex receptis suis adhuc debere circiter centum modios siliginis et mille florenos.

Dicit D. decanum satis bene suum facere officium, sed cantorem nihil facere in officio cantariae.

Dicit non esse singularem abusum in ebrietatibus, sed tantum semel contigisse apud gildas quod Cuytsius et quidam laicus Vlasblom se mutuo percusserint pugnis sine effusione sanguinis.

Dicit etiam se habere quosdam notorie haereticos, alios vero non tam ex malitia quam ex negligentia intermittere frequentationem Sacramentorum.<sup>61)</sup> Dicit etiam sibi displicere quod Cuytsius habitet in publico diversorio.

Quia ecclesia tenuis est et quotidie magis et magis corrui, ad cuius reparationem corpus civitatis tenetur, optaret ex mensa Spiritus sancti, quae abundat, aliquid desumi pro reparatione ecclesiae.

Optaret etiam in ecclesia restitui sedilia.

**D. Aegidius Dilenus**, canonicus et cantor J.U.Bac., interrogatus de officio et cultu divino, dicit esse officium D. decani intendere ut debite persolvatur. Dicit etiam in initio suae residentiae adhuc fuisse usum distributionum per plumbeta eumque omisum, de quo dolet; dicit enim iniquum esse ut comparentes et non comparentes sint aequales. Dicit etiam quod quotidie cantent summum sacrum et horas minores, sed nunquam matutinas nisi diebus dominicis et festivis, eas inchoando a 3<sup>o</sup> nocturno; in quatuor tantum festis majoribus et Patronae et Dedicacionis integraliter fit officium.

Quoad jura receptionum dicit beneficiatos solvere juxta valorem suorum beneficiorum, canonicos viginti novem aureos, quos redimunt triginta uno et aliquot assibus, unde aliquid habent bastionarius, ludimagister et custos.

Interrogatus de hospitali, dicit illius curam spectare ad pastorem et magistratum et de reliquo se nihil scire nisi quod audivit aliquando querelas de Strijboss, quod in reddendo computu sit defectuosus.

**D. Georgius Johannis de Straeten**, canonicus ab anno [1597 62).

**D. Johannes Cuytsius**, canonicus 1601 factus, interrogatus de officio divino dicit satis devote et tractim fieri, sed diebus operis non cantari matutinas, nisi diebus dominicis et festivis, tunc fiunt matutinae a 3<sup>o</sup> nocturno.

Dicit cantorem pernoctare Eynthoviae et mane abire in Tongerlo; ibi in hyeme ante horam nonam non potest esse.

Dicit fuisse usum distributionum plumbetis et adhuc superesse instrumenta, quibus conficiuntur tam pro canonicis quam cappellanis; optaret usum plumbetorum et distributionum restitui.

Dicit jura receptionum impendi ad paranda paramenta.

Dicit se aliquando suggestisse consilium pro reparanda ecclesia, nempe ut civitas, cui reparatio incumbit, ex aerario publico contribuat ducentos florenos, mensa S. Spiritus, quae dicitur abundare, centum florenos et capitulum ex decimis in Marese decem modios siliginis.

Dicit se vidisse registra mensae S. Spiritus et invenisse quod ultra consuetam distributionem supersit pecunia singulis annis et dicit se frequenter audivisse non fieri computum et in hoc maxime defectuosum esse Stryboss.

**D. Michael á Merevoert**, canonicus ab anno 1603, dicit offi-

cium divinum, quod fit, satis debite fieri, sed non dari distributiones presentibus, quod tamen audivit solitas fuere et cuperet eundem usum restitui.

Dicit se in pastoratu suo non habere hereticos, excepta una veltula, quam nunquam in ecclesia vidit, et nihilominus illam et maritum monuit et amplius monebit.

Dicit se non scire aliquem singularem esse defectum et bonam inter confratres esse concordiam.

Dicit etiam se invito capitulo ecclesiam in Straethem non velle administrare, sed dimissa ecclesia illa se esse contentum suo canonicatu.

**D. et mr. Jacobus Francisci**, pastor in Woensel et beneficiatus in ecclesia Eynthoviensi, interrogatus de officio et cultu divino dicit se propter ecclesiam suam pastorem rarius interesse officio divino, sed audivisse ex aliis quod non cantent matutinas nisi diebus dominicis et festivis, inchoando eas a 3<sup>o</sup> nocturno; quod dicit se intellexisse ex canonicis fieri propter defectum librorum et quod etiam aliquando intermittatur prima missa et semel intermissum summum sacrum, ut a civibus audivit; dicit etiam non dari distributiones.

Interrogatus de ecclesia Woenselensi, dicit pastorem ibi constituere magistros frabricae, qui singulis annis faciunt computum, rectores autem mensae S. Spiritus constitui a se et magistratu.

Dicit etiam in sua parochia esse notarie haereticos, qui a multis annis nec communicaverunt, nec confessi sunt, inter quos duo sunt qui in Hollandia apud haereticos matrimonium contraxerunt, nempe Wilhelmus Theodorici et Anna ejus prima(?) uxor; item dicit quod eos monuit et instruere frequenter conatus fuerit, sed nihil profecerit; tantum tamen effecit quod proles hic natas ad baptismum deferant, sed proles in Hollandia natas nolunt ad ecclesiam mittere, ut ceremoniae adhibeantur. Non scit concubinos aut adulteros se adhibere.

Dicit etiam quod decanus ex beneficio B. Mariae Woensel, vacante per mortem D. Eeckart, expulerit D. Aegidium Petri cui a Rev.mo D. [episcopo] ex jure devoluto collatum erat; et quia annexam habet primam missam diebus dominicis et festivis et sabbathi, D. decanus aliquando celebrat iam missam, subinde vero fuit intermissa, notanter in festo Laurentii, et nisi ipse pastor curasset celebrari, in festo Assumptionis Mariae non fuisset facta.

Videtur quod decanus hac ratione fructus hujus beneficii vellet facere suos.

Praeter hoc beneficium est adhuc aliud, nempe Cornelii et

Cypriani vacans, quia est exigui valoris et appellant praeposituram. 63)

Dicit etiam decanum excipere confessiones non admissum et alios confessarios constituere et admittere.

Daag na de visitatie (26 sept.) diende Masius in de Kerk van Eindhoven het H. Vormsel toe. De visitatoren bleven in de stad tot 27 sept., zie BB XXIII 172—173.

*D. Visitaties van Masius in het Kwartier van Peeland sept.—oct. 1608 (Arch. bisd. A K 1—2)*

29—30 september 1608 visiteerde hij kapittel en parochie van St. Oedenrode. 64) Het verslag is uitgegeven in *Documenten* blz. 144—146. De minuut daarvan vindt men in arch. bisd. A K 1—2.

Van St. Oedenrode begaf hij zich zaterdag 1 oktober over Breugel, Nederwetten (klooster Hoidonck) en Nuenen (klooster Soeterbeek) naar Helmond, waar hij tot 6 oktober bleef, om dan nog een bezoek te brengen aan Asten en Gemert. Over deze reis staan achter het verslag in vermelde minuut navolgende aantekeningen :

1 oct. reliquimus Rodam et inde venimus in Bruegel, ibidem visitantes ecclesiam et Sacramentalia et invenimus omnia utcumque bene disposita, nisi quod in libro matrimoniali non bene erant adscripti testes. Ibi quoque sunt aliquot confirmati ac inde venimus in Hoidonck.

In Hoidonck sunt decem religiosae professae et ante refectio-nem et post refectio-nem sunt confirmati ultra centum. Et ibi invenimus partem ligni S. Crucis.

Discedentes ex Hoidonck venimus ad monasterium Regularis-sarum ordinis S. Augustini [Soeterbeek] et inventae sunt septem professae, ad quas habuit Revmus D. orationem et sigillatim aliquas monuit ibidem ante refectio-nem et post refectio-nem sunt confirmati circiter trecenti.

## In Helmond 1—6 oct.

Vesperis sub horam sextam venimus Helmondam, excepti in castro a Johanne Bapisita Danielis, capitaneo et gubernatore castri, in quo invenimus undecim milites ex cohorte capitanei Pijnappel. Et postridie Revmus D. visitavit pastorem et alios sacerdotes, qui dixerunt illa, quae sequuntur.

Et mansimus in castro usque ad sextam octobris et ibidem partim in ecclesia, partim in castro sunt confirmati circiter sexcenti.

Helmonda <sup>65)</sup>

Fuit ibi usus plumbetorum pro distributionibus, sed ab aliquo tempore intermissus. Beneficia in ecclesia Helmondana ea sunt, prout in visitatione Erardi à Marca specificantur. <sup>66)</sup> Horae divinae decantantur juxta scedulam valvis sacristiae affixam, juxta copiam in visitatione Rev.mo D. traditam. Sacramenta decenter custodiuntur et ornamenta ecclesiae et altarium sunt competentia, sicut etiam liber, in quo describuntur nomina baptisatorum et matrimonia contrahentium.

Dicit **D. pastor** [Gaspar Gellius] <sup>67)</sup> magistros fabricae constitui conjuncta manu a pastore et magistratu, eosque fecisse computus; magistros vero S. Spiritus eos etiam ita constitui, sed a tribus annis non fecisse computum. Dicit quod mag. Johannes Loyen sit receptor constitutus ante decem annos <sup>68)</sup> et quod hucusque non fecerit computum, nisi quod a mense coeperit reddere computum, qui nondum est approbatus; et usus plumbetorum ad tempus fuit observatus illo existente receptore, qui coepit cessare ipso non solvente. Dicit D. pastor adhuc fieri proclamationes forenses sub summo sacro, non obstante prohibitione a Revmo facta. <sup>69)</sup>

Dicit etiam quod in summo altari desit missale, quod cupit mandari decimatoribus D. abbatis Floreffensis, ut illud emant et solvant, prout in visitatione D. Erardi à Marca.

Dicunt **D. Jodocus de Broeckhoven** et **D. Henricus Johannis**, beneficiati de gremio <sup>70)</sup>, quod ipsorum receptor emerit graduale centum florenorum et interesse trium vel quatuor annorum deberi et hoc vult ipsis de gremio in computu suo asscribere absque ipsorum consensu, qui sustinent abbatem [Floreffensem]

ad hoc teneri, sicut etiam ad missale emendum, cum habeat majores decimas.

Proponunt etiam dicti beneficiati episcopum assignasse ante annos decem ipsis fructus vacantium beneficiorum et missarum, ut canerent quotidie vesperas, pro quibus parum aut nihil habent, rogantes ut Rev. mus D. assignationis praetactae velit esse memor et non attribuere fabricae, neque decanis gildarum.

Dicunt itidem quod solent esse novem portiones pro illis, qui sunt de gremio. De gremio autem sunt sequentia altaria :

Summum altare.

Altare Mariae, cujus rector studet Coloniae <sup>71</sup>)

Altare S. Spiritus, cujus rector est D. Godefridus Diepenbeeck, pastor in Herentals.

Altare d[ivi] Nicolai, cujus rector est D. Joannes Cuperus, pastor in Nuenen.

Altare d[iv]ae] Catarinae, cujus rector est D. Jodocus de Broeckhoven.

Altare d. Leonardi, [cujus rector] D. Petrus Verheiden, pastor in Buedel.

Altare S. Salvatoris caret rectore et receptor recipit fructus.

Altare d. Johannis Bapt. cujus rector est D. Engelbertus Boonen (Fabius), decanus ad S. Servatium.

Nonam portionem habet custos.

Est altare Petri et Pauli, cujus rector est D. Henricus Joannis [Jonkers].

Chorus S. Anthonii non est fundatus, sed fiunt missae votivae ex devotione.

Altare Septem Dolorum indotatum caret rectore, sed in eo fiunt missae votivae.

Altare Annae, cujus rector est studens Lovanii.

Quod tam pauci sunt sacerdotes, provenit ob malignam solutionem reddituum.

### In Mierlo 3 oct.

3 oct. visitata est capella super Ligno sub parochia de Mierloo et inventus est defectus in tecto et turricula ; ornamenta quoque erant sordida et parvi valoris, sordidus quoque calix et altare ipsum profanatum.

Vicini proposuerunt de agro quodam, quem sibi vindicat rector cappellae, quem relictum dicunt pro reparatione, affirmantes se vidisse sententiam desuper latam hoc continentem, quae in-

cendio periit, quam alias exhibuerent videndam graphiario Hogarts.

Visitata quoque est capella domus duodecim Apostolorum et repertum est altare profanatum, sed ornamenta utcumque bona <sup>72)</sup>

In ecclesia de Mierloo, cujus patrona est S. Lucia, facta est ecclesiae reconciliatio et concecrata sunt sex altaria, videlicet : Nicolai ; Mariae et Andreae ; Georgii et Sebastiani ; Luciae summum altare ; Trinitatis, quod est altare indulgentarium concessarum a Sanctissimo D. Leone decimo 1519 ad petitionem Wilhelmi de Enckevoort, scriptoris apostolici et postea cardinalis <sup>73)</sup> ; et divae Agathae.

Et erant ibi quatuor sacerdotes praesentes. Pastor religiosus Tongerloensis, natus in Aerle et educatus Helmondæ. <sup>74)</sup> Senex mr. Henricus de Fine, qui etiam celebrat tres missas in capella super Ligno.

Sunt in ecclesia et in domo pastoris, ubi sumptum est prandium, confirmati ultra trecentos.

#### In Helmond 3—5 oct.

Eodem die sub horam sextam reversi sumus Helmondam.

Ipsa Francisci (4 oct.) sunt aliquot confirmati in castro et 5 oct. in ecclesia Helmondana. Rev.mus D. sub summo sacro, dicto offertorio, habuit concionem ad populum.

[In margine] : 5 oct. sub summo sacro ibi sunt notati defectus, quod sacerdos caneret et daret aspersionem sine superpelliceo. et eustos cum suo socio etiam caneret missam sine superpellicio.

#### In Asten et Ommel 6—7 oct.

6 oct. venit Rev.mus D. ad pagum Asten hora nona matutinali et visitavit ecclesiam, quam invenit bene reparatam et ornamenta bona, sed altaria omnia prophanata et in coemiterio ejusdem ecclesiae omnino jejunos administravit Sacramentum Confirmationis mille et trecentis hominibus, quorum numerus ex cujusdam domini consideratione omnino certus est.

7 oct. venimus in Ommel et visitavimus capellam, in qua altaria omnia ita sunt ornata, ut etiam indevotum quempiam ad devotionem possint movere.

Ibidem Rev.mus D. confirmavit pene quingentis homines.

In Gemert 7—9 oct.

7 [oct.] venimus in Gemert, excepti a commendatore [Hendrik van Holtrop] in suo castro et 8 oct. consecravit Rev.mus D. in ecclesia unum altare in honorem St. Barbarae, Georgi, Huberti et Quirini, quo consecrato contulit Sacramentum Confirmationis circiter mille hominibus.

9 oct. [die dominica] finita missa venerabilis Sacramenti, confirmavit Rev.mus D. circiter quadringentos homines eodemque die proximo examine admisit D. Gerardum Johannis Gemertanum ut pastori subserviat in confessionibus audiendis, concionibus et sacramentis administrandis et Alberto Stryboss, pastori in Gemert, dedit potestatem absolvendi a casibus reservatis et ab haeresi. Denique in ecclesia de Gemert quoad cultum et officium divinum omnia tam reverenter et devote fiunt, ut nihil sit quod egeat reformatione. Optandum esset, ut idem tam pie et graviter in omnibus locis et civitatibus fieret.

Naar aanleiding der visitatie van het kapittel te St. Oedenrode in 1608 gaf Masius daaraan op 25 juni 1609 nieuwe statuten, zie *Documenten* blz. 114, 146—148. De dag daarop volgend visiteerde hij het kapittel van Hilvarenbeek, *Documenten* blz. 82—83.

E. *Visitaties van Masius, vergezeld van Coeverincx, in het dekenaat Oss 1613* (Arch. bisd. A K 1—2)

Visitati anno 1613, incipiendo a Comitatu Meegensi. 75)

21 junii anno Domini XVIC decimo tertio.

Rev. D. episcopus Buscoduc. ecclesias opidi et comitatus de Megen visitaturus, venit in municipium de Oss ac ibidem apud Dominum pastorem divertens, praevio diligenti examine tam ab ipso D. pastore quam praetore idipsum affirmantibus, intellexit ad mensam S. Spiritus ibidem circiter duo millia florenorum et ad fabricam ecclesiae parochialis quadringentos florenos quotannis pertinere et inde non legalem fieri computum.

22 junii.

D. Johannes Hanconius Bolswardianus, presbyter ordinis equitum Rhodiensium, ab Ill. et Rev.mo D. Frederico a Tautenborch, episcopo Ultrajectense ordinatus, tamquam pastor opidi Megensis, et D. Henricus Gerardi a Dinther tanquam pastor Harenensis Megensis comitatus Buscoduc. dioc. humiliter petierunt a R.D. episcopo Buscoduc. (post seriam admonitionem ipsis factam) curam animarum sibi in dictis suis parochiis concedi, prout idem Rev.mus Dominus praefatis D. Johanni Hanconio et Henrico Gerardi curam animarum in dictis parochiis de Megen et Haren concessit, qui fidei professionem juxta bullam Pii quarti fecerunt ac ipsi Rev.mo Domino reverentiam et obedientiam promiserunt.

Actum in dicto opido de Meghen [presentibus] Rev. D. Ghisberto Coeverincx, decano Buscoduc. et D. ac mag. Johanne Ghisberti a Maren, pastore Kesselensi et districtus Ossensis archipresbytero.

Eadem 22 die.

Rev.mus D. consecravit altare divi Anthonii in capella divi Anthonii in opido de Megen et reconciliavit coemiterium ipsius ecclesiae parochialis ibidem omnino destructae.

Praefatus D. pastor in Megen interrogatus declaravit in ipsa parochiali ecclesia de Megen duo esse beneficia, videlicet B. Mariae Virg. et S. Georgii, quae ad presens vacant. Et Rev.mus D. concedit deservituram beneficii divi Georgii unacum receptione fructuum ejusdem praefato D. pastori in Megen et deservituram beneficii B. Mariae cum fructibus D. Petro Cornelii Nuenensi, primissario ibidem. <sup>76)</sup>

Praenominatus D. pastor in Haren interrogatus declaravit in ecclesia sua parochiali duo esse beneficia, unum B. Mariae Virg., cujus possessor existit Theodoricus Mons, Bruxellis habitans, et alterum S. Crucis, ad quod praesentatus est D. Nicolaus Vossius, presbyter Coloniae habitans.

Eadem vigesima secunda junii.

Rev.mus D. ecclesiam parochialem de Haren, comitatus Megensis, necnon ibidem monasterium monialium de tertia regula divi Francisci et ejus ruinas personaliter inspexit. <sup>77)</sup>

Idem Rev.mus D. sequentibus diebus 23 et 24 in dicta capella divi Anthonii opidi Megensis verbum Dei praedicavit et omnes,

tum ex ipso opido de Megen, tum e vicinis locis venientes, confirmavit.

Quia praenominatus D. pastor de Megen utitur missali Leodiensi, Rev. mus D. illi mandavit, ut deinceps in horarum lectione et missae celebratione ac praesertim in suis concionibus utatur missali secundum usum Romanum, nempe ut epistolam et evangelium populo juxta usum Romanum nuntiet et explicet. Quod et se facturum spondit.

25 junii.

Rev. D. ecclesiam parochialem de Haren, comitatus de Megen, reconciliavit et tria altaria ibidem fundata, necnon confirmationis Sacramentum administravit.

26 ejusdem.

Rev. D. ecclesiam parochialem de Lith cum coemiterio et tribus altaribus consecravit ac diem dedicationis ejusdem die ultima dominica ante festum Remigii seu Bavonis quotannis, uti antea, celebrandum decrevit, et multos confirmavit.

27 ejusdem.

Rev. D. ecclesiam paroch. de Kessel cum coemiterio et altari consecravit et nonnullos confirmavit.

28 ejusdem.

Rev. D. ecclesiam paroch. de Maren cum coemiterio reconciliavit et unum altare ibidem consecravit, Sacramentum confirmationis similiter administrans.

Me presente, episcopatus Buscoduc. secretario,  
Jo. Bardoul.

*Wat volgt is van de hand van Masius :*

29 ejusdem.

Visitavimus ecclesiam de Empel <sup>78)</sup> noviter reaedificatum, sed quia vitreae fenestrae necdum erant confectae, nihil fecimus.

## NOTEN

- 1) In zijn *Geschiedenis v. h. Katholicisme in N. Nederland in de 16e en 17e eeuw* legt Rogier de schuld van de opheffing van het seminarie herhaaldelijk op het kapittel van 's Bosch. Na de dood van Metsius — beweert hij o.a. I 365 — „haastte het kapittel zich de rentmeesters van het seminarie te ontslaan en de president het voor het onderhoud onmisbare geld te onthouden”. Die rentmeester kreeg zijn ontslag niet van het kapittel, maar van de superintendanten of provisoren van het seminarie, die hem hadden aangesteld, en dat waren de bisschop, twee kanunniken en twee pastoors der stad (Conc. Trid. Sess. 23 cap. 18). Sommige kapittelheren mogen het seminarie slecht gezind zijn geweest, maar de oorzaak van zijn ondergang leest men in de Bossche Synode van 1612, tit. 25: „Cum postmodum supervenientibus praeteritis intestinorum bellorum... tumultibus aliisque calamitatibus inde secutus idem seminarium paulatim omnino interierit”, zo ook in Willocx, *L'Introduction des decrets du Concile de Trente*, p. 270: „Ce séminaire, cependant, ne vécut pas longtemps: les guerres vinrent tarir la source de ses revenus”. Omdat de kapittels over het algemeen de seminaries minder goed gezind waren, verzocht bisschop Zoesius in 1625 aan Urbanus V door een apostolische breve te verhinderen, dat na zijn dood iets ten nadele van het door hem heropgericht seminarie zou ondernomen worden (BB IX 180). Dit deed Rogier schrijven, dat het Bossche Kapittel naar Zoesius overtuiging het seminarie zou „trachten te vernietigen” (II 547), en op deze ongemotiveerde interpretatie liet hij de conclusie volgen, dat het kapittel nog zo vreemd was aan de goede geest, „dat de bisschop alle grond heeft het te verdenken van een aanslag op het bestaan van de nuttigste instelling van het diocees” (II 548). Uit niets blijkt, dat het kapittel na de dood van Zoesius getracht heeft aan het seminarie ook maar een spier in de weg te leggen.
- 2) Syn. 1612, tit. 14, cap 4: *Tabernas non adeant, nisi sola itineris causa.*
- 3) De notaris schrijft: „Respondendum duxerunt, quod parati sunt recipere visitationem... Reverendissimoque munimenta... exhibere”, maar op een andere plaats leest men: „Petente vero Revmo... an parati sint praedictam visitationem admittere ac munimenta... communicare et exhibere *pro majori parte* affirmative responderunt”. De woorden „*pro majori parte*” slaan waarschijnlijk op de vergaderde kapittelheren, maar zouden toch ook kunnen slaan op de in te leveren documenten.
- 4) R.R. Post, Archief voor de Gesch. v. d. Kath. Kerk in Nederl. IV (1962) 10.
- 5) Met de „*erectio*” is bedoeld de bisschoppelijke oprichtingsacte van het kapittel d.d. 20 jan. 1367, zie B.B. XXVI 64.
- 6) Vermoedelijk zijn hier de woorden uitgevallen „*aliqua pausa fiat*”.
- 7) Op 3 juli werd jaarlijks, evenals op de vigiliedag van St. Andreas (29 nov.) een capitulum generale gehouden. Ook de niet residerende kanunniken moesten daarop verschijnen.
- 8) De z.g. „*sextariers*” waren de zes beneficianten, die de vereniging der beneficianten bestuurden en in allerlei aangelegenheden als de gedeputeerden van het college optraden.
- 9) Misfundatie, gesticht door Conradus van Driel, die in 1366-67 als zegelaar van den aartsdiaken van Kempenland was betrokken geweest in de

- oprichting van het Bossche Kapittel; hij was Kanunnik van Luik en persona van Schijndel en stierf 25 oct. 1380.
- 10) oxale.
  - 11) Over het hier bedoeld „domus penoris”, ook „penuarium” geheten, zie blz. 49-53, bijlage I.
  - 12) De reguliere kanunniken van Marienhage te Woensel bij Eindhoven hadden zich, nadat hun klooster aldaar in 1581 was afgebrand, in den Bosch gevestigd.
  - 13) Over de toen door bisschop, kapittel en magistraat der stad gevoerde onderhandelingen aangaande de oprichting van een zondagsschool, zie BB XX 20—26, waar de noot op blz. 23 moet vervallen.
  - 14) Het geestelijk gerechtshof, dat aan de kapittelkerk verbonden was, had veelal misdrijven van Bossche burgers of andere leken te berechten.
  - 15) Het Moonsgasthuis, gesticht door Jan Moninx (Moons) en zijn vrouw Alida, Schutjes IV 530.
  - 16) Het mannen- en het vrouwengasthuis, gesticht door Adam van Mierd, Schutjes IV 529.
  - 17) De verklaringen van den plebaan betreffen niet enkel het kapittel, maar ook de parochie.
  - 18) De voornaamste gefundeerde missen waren: de major in het hoogkoor met diaak en subdiaak, die in haar geheel gezongen werd, en de minor, gewoonlijk de missa animarum genoemd, buiten het hoogkoor onder het oxaal zonder diaak of subdiaak, wel met zang, maar zonder de eigenlijke voorzangers (succentores), die gezongen werd tot en met het offertorium. De stichtingsoorkonde van het Kapittel had bepaald, dat de celebrant de missa animarum zou zingen tot het einde van het offertorium en, indien hij wilde, nog verder (ulterius). Miraeus II (meer uitgebreide editie) p. 1357.
  - 19) Hier schijnt een woord (wellicht „recipere”) te ontbreken.
  - 20) zal moeten zijn „hoc non factum”.
  - 21) De hoogste klas.
  - 22) Over dit „fertum” of z.g. „convivium Laetare” zie bijlage 2 (blz. 53)
  - 23) Vele kapittels, ook dat van 's-Hertogenbosch, hadden een onderling verbond aangegaan tot handhaving van hun rechten en vrijheden.
  - 24) Er staat: De fundationibus et officiis ecclesiasticis.
  - 25) De in de oprichtingsacte van het kapittel voorkomende voorschriften betreffende de wijze van officie houden.
  - 26) De beneficiant Wilh. v. Laerhoven.
  - 27) Het reeds vermelde „fertum”.
  - 27) Over hem *Taxandria* XI 131—132, Jhr. M. A. v. Sasse v. IJsselt, *Oorkonden betreffende Rixtel* blz. 164.
  - 29) Er staat „capitulorum”.
  - 30) De kerken en tienden van Dinther en Hees (bij Oss) waren bij het kapittel geincorporeerd.
  - 31) hun mededrinkers (*συμποιον* = computatio).
  - 32) De geringe lieden.
  - 33) Deze distributiewijze, door Metsius in zijn tijd ingevoerd, was verscheidene jaren lang onderhouden.
  - 34) Door hen van de distributies uit te sluiten.
  - 35) De bulle *Injunctum nobis* van Pius IV dd. 13 nov. 1564.
  - 36) Alleen de ondertekening is eigenhandig van Masius.
  - 37) irrogare: oneer aandoen, vgl. Ducange, *Glossarium* i.v. *irrogatio*.
  - 38) *λειτουργος*. munere publico fungens, minister ecclesiae.

- 39) Zie Oudenhoven, *Beschryvinghe der Stadt ende Meyerye van 's-Hertogenbossche*, ed. 1649 blz. 29; Dr. Hermans, *Verzameling van Kroonnyken* enz., blz. 78—81, 378.
- 40) Zie BB XXV p. 80 art. 25 en p. 84 noot 20.
- 41) De bewerkers der *Analecta* in deel II Voorwoord V—VI en Dr. Th. Goossens in BB III 219 constateerden de slechte leesbaarheid van Coeverinckx' schrift. Ook dit visitatieverslag munt uit in onleesbaarheid. Vliegenvlug schijnt Coeverinckx het te hebben neergepend. Het wemelt van woorden, waarvan één of meer lettergrepen niet uit min of meer onvoltooide letters bestaan, maar uit streepjes of krabbels. De kunst is dan telken keer het bedoelde woord te raden, lettend op het zinsverband en de enkele resterende leesbare letters van het woord. Bijgegaan door de Bossche archivaris, de Zeereerw. Heer H. Hens, die zich in die kunst zeer bedreven toont, menen wij er nochtans in geslaagd te zijn de tekst van het verslag zonder al te veel vraagtekens genuien weer te geven.
- 42) Margareta, dochter van Goossen van Brecht, president-schepen van 's-Bosch, en van Geertruid Oem van Bokhoven, huwde met Willem van Erp, 2e met Maximiliaan van Berederode en 3e met Johan de Wasselin, heer van Wattines, wonend in een met grachten omgeven stenen huis te Boxtel onder Onrode aan de Jan van Elmptsbrug bij de Dommel en het Clarissenklooster. A. F. O. v. Sasse v. Ijsselt, *De voornamen huizen en gebouwen van 's-Hertogenbosch* II 99; *Bijdragen v. h. Prov. Gen. v. K. en W. in N. Brab.* 1918 II 10; *Taxandria* jrg. 22 blz. 71, jg. 29 blz. 6.
- 43) Gerard van Horn, heer van Bassignies, baron van Boxtel.
- 44) Zij zullen onlangs tot kanunnik zijn benoemd en daarom de eerste twee jaren de prebendeninkomsten hebben moeten missen.
- 45) Genoemde Willem Lucas S.Th.L., geb. te Boxtel in 1560, benoemd als gegraduateerd kannunik van het L. Vrouwe kapittel te Antwerpen 8 maart 1597, als meier van dat kapittel 2 mei 1603, als provisor van St. Andries en van het seminarie te Antwerpen in 1605, stierf aldaar 1 juni 1606 en werd begraven in de kapel van het St. Lucasgilde, waaraan hij een door hem bestelde triptiek, met op een der luiken zijn portret, ten geschenke gaf. Zijn grafschrift noemt hem een man van zeldzame godsvrucht en geleerdheid („rara vir pietate et doctrina”) J. P. Goetschalckx, *Geschiedenis v. h. L. Vrouwe kapittel te Antwerpen* blz. 116—117. Bij het testament vermaakte hij ten behoeve van twee koralen (koozangers) in de St. Pieterskerk van Boxtel een jaarlijkse cijns van 75 karolusgulden, aflosbaar met 1250 karolusgulden. *Arch. Bisd. 's Bosch* A K 36.
- 46) Deken en kannuniken ondertekenden hun verklaringen eigenhandig.
- 47) De schoolmeester te Boxtel in die tijd was Henricus Vennius.
- 48) Rumoldus Posthouderius ondertekende als tutor een protest, door de kapitels van Oirschot, St. Oedenrode en Boxtel in 1574 ingediend bij het tweede Prov. Conc. van Mechelen Frenken, *Documenten betreffende de kapitels van Hilvarenbeek, St. Oedenrode en Oirschot* blz. 113, 143; verder aangehaald als *Documenten*.
- 49) De kapitels van het bisdom hielden jaarlijks twee capitula generalia.
- 50) Volgens de hier bedoelde constitutie van Bonifatius VIII mochten de kannuniken, die de koorofficies niet bijwoonden, tenzij wegens ziekte of andere wettige reden, geen deel hebben aan de dagelijkse distributies.
- 51) Ruard Tapper van Enkhuizen.
- 52) De juragelden, die elke nieuwe deken en kanunnik aan het kapittel moesten betalen voor hun receptie (hun inleiding).

- 53) De St. Pieter van Vught was (evenals de kerken van Woensel, Aarle en Maarheze) bij het kapittel van Eindhoven geïncorporeerd.
- 54) Het stadhuis diende als gasthuis.
- 55) Peter Strijbosch, rentmeester der H. Geesttafel.
- 56) M. Waget, kannunik van Eindhoven, stierf in 1588.
- 57) De kanunnik Sebastiaan van Kessel, pastoor van Eindhoven.
- 58) De cantor bezat het pastoraat van Tongerle.
- 59) De kannunik Jan van E(e)ckart, omstreeks begin 1606 overleden.
- 60) Het kapittel zal het graduale hebben laten schrijven in het Bossche Fraterhuis.
- 61) Zoals de lezer begrijpt, betreft deze verklaring van pastoor S. v. Kessel niet de kapittelheren, maar zijn parochianen, de Eindhovense burgers.
- 62) Van hem staan geen verklaringen opgetekend.
- 63) De naam *praepositura* (proostdij) herinnert waarschijnlijk aan de proostdij der abdij van St. Truiden te Alem; de kerk van Woensel was van genoemde abdij afhankelijk. Zie het maandblad *Brabantia* V (1950) blz. 188 v.v.
- 64) Waarschijnlijk zal Coeverincx, die van St. Oedenrode afkomstig was, hem ook toen vergezeld hebben.
- 65) Over de kerkvisitaties te Helmond, zie BB VIII 157 v.v.
- 66) De kerkvisitatie van deze bisschop van Luik geschiedde waarschijnlijk in 1509, want in dat jaar werd door hem het H. Kruisaltaar in de kerk van Helmond opgericht. *Noorbrab. Almanak* 1890 blz. 280, 281, BB IX 245.
- 67) Zie over hem BB II 113 vv.
- 68) Mr. Jan Loyen, leek en notaris, was rentmeester van het gremium, BB IX 257, 258.
- 69) In de Bossche Synode van 1571 was in tit. 11 cap. 10 reeds voorgescreven, dat burgerlijke publicaties buiten de kerken en na de kerkdienst moesten geschieden.
- 70) De fondsen voor het onderhouden van het koorgebied in de kerk van Helmond heette men het gremium der beneficiën. De beneficiën, gevestigd op 8 van de 14 altaren (op de altaren van de H. Geest, de Verlosser, de H. Catharina, Leonardus, Nicolaas, O.L. Vrouw, St. Jan de Doper en O.L.Vr. Zeven Weeën), hadden een eigen afzonderlijk gremium; vgl. B.B. II 107, IX 255—259.
- 71) Deze student-rector zal Mr. Simon Frans van Merevoort geweest zijn. Hem en de nog volgende Helmondse altaar-rectoren vindt men ook vermeld in BB IX 223 vv.
- 72) Over het apostelhuis te Mierlo o.a. Schutjes V 99, J. v. Oudenhoven, *Beschryvinghe v. d. Meijerije v. 's-Hertogenb.* 1670, blz. 22—23, *Afbeeldingen v. Kerken enz. In Oostel. N.Brab.* door H. Spilman met aant. v. Jhr. mr. A. O. v. Sasse v. IJsselt, 2e stuk blz. 55 vv.
- 73) Kard. Willem van Enckevoirt, de stichter van het zo even vermeld apostelhuis te Mierlo, was in Mierlo geboren; de genealogie van Enckevoirt vindt men in *Taxandria* jg. 22 blz. 154 v.v.
- 74) Theod. Verbraecken, die in 1629 abt van Tongerle zou worden, Schutjes V 103.
- 75) Dit schreef Masius op de voorpagina, wat volgt is van de hand van zijn secretaris Jan. Bardoul. Uit de jaren 1610—1612 zijn ons geen parochievisitaties van Masius bekend, behalve die der parochie Waalwijk op 22 nov. 1612 (Schutjes V 875), waarvan geen verslag gevonden wordt. Op 8 mei 1963 visiteerde hij het klooster Zoeterbeek onder Nuenen zie BB XI 271. De nu volgende visitaties zijn de laatste, die

ons van hem bekend zijn.

- 76) Vgl. Frenken, *Memoriaal der dorpen en parochies Gerwen, Nuenen en Nederwetten*, blz. 149.
- 77) Het klooster Bethlehem, Schutjes IV 46 v.v.
- 78) Dekenaat Orthen.

## II

**Kerkvisitaties van Bisschop Nicolaas van Zoes**

Zoesius toonde zich een waardig opvolger van Sonnius, Metsius en Masius. Evenals zij, begreep hij het groot belang van een seminarieopleiding voor de toekomstige priesters en van catechetisch onderricht, bijzonder voor de jeugd. Ook had hij grote zorg voor een meer regelmatige visitatie der kerken van zijn bisdom. Voor geen van de Bossche bisschoppen der 16e en 17e eeuw was daartoe de tijd zo gunstig als voor hem. De meeste jaren van zijn bisschoppelijk bestuur (1615—1625) vielen immers onder het Twaalfjarig Bestand (1609—1621). Van geen Bossche bisschop zijn dan ook zoveel parochievisitaties bekend als van hem. Ook de dekenale visitaties werden blijkens de aanwezige verslagen in overgrote meerderheid onder zijn episcopaat gehouden.

In verband met de visitaties, zowel die van hem zelf als van de dekens, hadden ook de jaarlijkse pastoorsvergaderingen, de z.g. *capitula pastorum*, die reeds lang vóór de oprichting van het bisdom in de diverse dekenaten bestonden, zijn bijzondere belangstelling. Op de eerste Bossche synode van 1571, tit. 16, cap. V, had Metsius deze capitula gesteld in de maand september<sup>1)</sup>. Zoesius achtte het wenselijk, dat op die vergaderingen de uitslag der gehouden visitaties zou behandeld worden. Om nl. te bevorderen, dat de voorschriften, die hij zelf of de dekens bij hun visitaties zouden geven, geen dode letter zouden blijven, verordende hij op 20 juni 1616, dat de capitula pastorum op vaste dagen, kort na het Mariafeest van 15 augustus, moesten worden gehou-

den <sup>2</sup>). Op 5 jan. 1617 bepaalde hij bovendien, dat de dekens na Pasen hun visitaties moesten afwerken <sup>3</sup>), vóór 1 juli bij hem of zijn officiaal hun verslag in het net moesten indienen en op de eerste maandag van augustus (dus kort vóór het houden der capitula pastorum) naar Den Bosch moesten komen om in de morgen van volgende dag een in het bisschoppelijk paleis te beleggen *congregatio decanorum* bij te wonen <sup>4</sup>).

Meermalen woonde de bisschop zelf de capitula pastorum als voorzitter bij, of zond hij zijn officiaal Frans van Gestel om als voorzitter te fungeren. De acten van een paar capitula, door hem of zijn officiaal bijgewoond, bevinden zich nog tussen de visitatie-verslagen. Omdat zij deze nog kunnen aanvullen of toelichten, zullen wij ook deze acten mededelen <sup>5</sup>).

#### A Visitaties in 1615.

Bisschop gewijd op 10 mei 1615, begon Zoesius reeds op 20 juni met de visitatie der parochie Oisterwijk en vóór het jaar ten einde was, had hij ruim 30 parochies, verspreid over de dekenaten Orthen, Helmond, Eindhoven en Hilvarenbeek, bezocht <sup>6</sup>).

Oisterwijk (Enschot, Berkel, Udenhout) 20—22 juni 1615.

Die vigesima mensis junii 1615 discessi Sylvaducis [me comitante] D. et mag. Johanne Kievits S.Th.L., canonico [graduato] ecclesiae nostrae cathedralis, et veni vesperi in Oester[wyc]k <sup>7</sup>).

Die 21 confirmavi multos pueros ante prandium [et post] prandium visitavi conventum virginum S. Fran[cisci] prout in acta visitationis.

Die 22 iterum confirmavi et reconciliavi ecclesiam parochialem unacum coemiterio ante prandium. Post prandium autem visitavi capellam de Berkel, cujus possessor est D. Everardus Henrici sub onere duarum missarum, quas celebrat in dicta capella, fundata infra limites parochiae de Oisterwijck ad memoriam S. Wilibrordi, et inveni in dicta capella omnia satis honeste composita. Visitavimus etiam capellam de Enschoot, sita infra limites parochialis ecclesiae de Tilburg, cujus dicitur esse mater, et habet fontes ac sepulturam ad instar ecclesiae parochialis eaque deser-

vitur per D. Joannem Sweers, cappellanum residentem in Oisterwijck; et inventa sunt omnia satis honeste praeter vetus aliquod manuale, quod abstulimus et monuimus desuper dictum D. Joannem Sweers, qui dicebat se uti manuali Mechliniensi.

**D. Hyeronimus à Berthem**, religiosus conventus S. Gertrudis [in Lovanio] et investitus dictae ecclesiae [de Oisterwijck], annos 66 aut circiter, dicit hic residere quatuor sacerdotes, nempe D. Everardum et D. Sweers, necnon D. Godefridus Henrici et D. Henricus, capellanus dicti conventus, quos dicit honeste vivere, nec de ebrietate aut incontinentia reprehendi posse. Ob defectum manualis ecclesiae Buscoducensis dicit se uti manuali ecclesiae Mechliniensis.

Est in dictu parochia schola super coemiterio, in qua vir conjugatus docet pueros et puellas simul, et locus non reparatus, de quo moniti scabini dixerunt se reparationem procuraturos<sup>8)</sup>.

Dicit et declarat dictum D. Everardum pro tempore esse receptorem bonorum altaristarum, ipsis communium per unionem. Dicit sibi non constare de exoneratione missarum beneficii cujus rector est D. Adrianus Nicolai de Pas sub onere duarum missarum.

Altare S. Georgii, cujus rector est Antonius Adriani Moergestelensis sub onere duarum missarum, quarum unam celebrat D. Everardus Henrici, de alterius missae exoneratione non constat.

Altare 2 ae foundationis S. Catharinae, cujus rector est Carolus Viruli sub onere 2 missarum, quarum unam celebrat dictus Johannes Sweers, de alterius exoneratione non constat.

Altare S. Spiritus, cujus rector est D. Ivo [Hoveliuſ], decanus Turnhoutanus<sup>9)</sup>, sub onere 2 missarum, de [qua]rum exoneratione non constat.

Altare S. Josephi et Christophori, cujus rector est Gisbertus Cornelii sub onere 3 missarum, de quarum exoneratione non constat.

Altare S. Jacobi, Judoci et Huberti, cujus rector est D. Cornelius Johannis, commorans in Ruckven, sub onere 2 missarum, de quarum exoneratione non constat<sup>10)</sup>.

Altare S. Crispini et Crispiani, cujus rector est D. Gisbertus Moorgestelius, deservitur per D. Joannem Sweers sub onere unius missae.

Altare S. Johannis Evang. et Johannis Bapt., cujus rector est D. Henricus Boxtellensis, nunc capellanus in monasterio, residens sub onere duarum missarum.

Altare S. Catharinae et Antonii in sacello de Berckel, cujus rector est D. Johannes Sweers, antea D. Johannes Hopenbrouwers,

sub onere unius missae, quam hactenus celebravit dictus D. Everardus.

Altere S. Lamberti et Mariae in Udenhout, cujus rector est D. Everardus Henrici sub onere 2 missarum, quas celebrat D. Aegidius N.

Est praeterea officium in altari S. Barbarae fundatum per Sophiam de Berck et habet annue octodecim florenos, quarum medietas assignata est super Christina Laureynssen, altera medietas adhuc assignanda et pecuniae manent sub D. Kievits.

D. pastor declaravit nullam celebrari missam pro defunctis, sed sepulturam celebrari cum missa de tempore.

Declaravit etiam quod tempore Rev. D. Arnoldi Eyndhouts abbatis fuerint dequitati duo modii siliginis summa octoginta florenorum, quae summa non est applicata et incumbit D. abbati S. Gertrudis Lovanii.

Officium in capella domus civicae sub [onere duarum] missarum, quarum unam celebrat D. Joannes [Sweers], alteram D. Everardus.

D. pastor interrogatus de computibus tam fabricae [ecclesiae quam] mensae S. Spiritus, dicit quod duo aeditui, videlicet [unus] Peynenborch, alter Robertus van de Pas absoluti non re [didderint] computum. Dicit etiam quod Johannes van den Hoevel, qui a decennio aut circiter provisor fuit mensae S. Spiritus, non reddiderit computum liquidum et esse fere mille modios juxta textum computus recipiendos et expedire quatenus fiat finalis liquidatio. Dicit praeterea multos redditus esse dequitatos ex mensa S. Spiritus, qui non sunt iterum applicati, referuntur tamen in computu quasi dequitati.

Hospitale pauperum virorum, cujus administrator est Josephus Beyharts <sup>11)</sup>; fuit Goswinus van den Burcht, in cujus computu supersunt liquidandae difficultates.

Est praeterea in dicta parochia congregatio virginum viventium in communi sub una matre <sup>12)</sup>. Cogitandum erit de statutis earum examinandis et stabiliendis.

Comparens Walterus Lambertssen Cingels dicens se esse ex posteritate fundatorum altaris S. Catharinae, nunc incorporati altaris, supplicans ut ex fructibus dictae cappellaniae restitueretur altare, saltem ex missis tempore malo celebrari omissis. Dicit receptorem esse Cornelium Someren. Et comparens D. Everardus declarat D. Johannem Sweers celebrare unam ex missis, alteram per Wilhelmitas Buscoducenses.

Rogatus D. pastor de suis subditis conqueritur de excessu in taxa, quam imponit magistratus altaris, quos taxavit in commu-

ni et singulos personaliter, de quo agendum cum secretario.

Interrogatus de numero communicantium dicit es[se circa] millia, omnes communicasse excepto nobili... Griecten in Berckel, qui excusat se ex eo quod sit in controversia cum matre sua. Item Adrianum Lamberti, qui de facto contraxit matrimonium cum sorore ejus, quam antea in fornicatione cognoverat, et fovet cum eadem larem in Berckel. Item Jodocum Vrint in Udenhout concubinarium cum cognata sua in 2<sup>o</sup> gradu.

Interrogavit Rev.mus D.D. pastorem quid denotet magnum sedile, positum in latere evangelii summi altaris et cum incommodo celebrantis <sup>13</sup>).

D. Godefridus Henrici, presbyter et vicarius pastoris in Oisterwica, admissus ad confessiones audiendas a D. Rev.mo Masio p[ie] m[emoriae].

Nota de abusu, quod affidati [= desponsati] ordinarie ex vulgaribus procedant ad consummationem matrimonii.

Volgens Schutjes visiteerde Zoesius op 23 juni te Oisterwijk ook nog het klooster Katharinenberg <sup>14</sup>). Van Oisterwijk in het dekenaat Orthen begaf hij zich naar Tilburg en andere parochies in het dekenaat Hilvarenbeek.

#### Tilburg

Anno Domini 1615, junii die 25 in Tilburch.

**D. Johannes Beris**, religiosus Tongerloensis, pastor in Tilburch, annorum 61, qui praefuit 12 annis cum medio, declarat sese [habere] 3000 — tria millia — trecentos aut circiter communicantes, inter quos habet duos indigenas de haeresi suspectos non communicantes, scilicet mag. Adam chirurgum, nunc viduum, cujus uxor catholice obiit ante annum circiter, et non curavit dictus Adam uxoris celebrari exequias; et Adrianum Cornelii van Heyst, mercator pannorum, habens uxorem catholicam <sup>15</sup>). Extraneos: Mathiam vitrarium, qui ex Hollandia post inducias venit, habet uxorem haereticam Dordracensem, quam ab anno huc adduxit — cum antea fovisset larem cum alterius uxore, quam proprius maritus vi repetiit- et voluit conjungi a. D. pastore, quo recusante propter haeresim, de facto contraxit in partibus Bredanis coram Johanne, ordinis Predicatorum religioso. Item Jodocum Ghysemaers ex Waelwijck, cujus uxor catholica est, quam hic duxit ante annos octo; [Item]... <sup>16</sup>) den kardmaecker, qui habitat in Nieuwlandt et putatur venisse Leyda, cum tota familia,

non facit officium catholici. Item Walramus, sartor quondam domini de Tilburch; uxor catholica est; non habent proles.

Interrogatus quot haberet sacerdotes, dicit tres in Tilburch, videlicet ipsemet deponens et D. Gisbertus Boxtellensis vicarius vicecuratus, et D. Gerardus Alem senex, quos dicit esse sufficientis doctrinae et probae vitae. Fuisse dicit sex beneficia, sed nunc unita et redacta ad duas portiones, quarum una gaudet D. Gerardus Alem, altera vicecuratus pro tempore. Interrogatus de oneribus missarum istis beneficiis incumbentium, dicit beneficium Antonii habere tres missas; divi Johannis quatuor, quod castrense dicitur; Dolorosae Mariae unam missam; D. Gerardus rector beneficii Mariae novi chori et Barbarae, quibus duobus unitum est beneficium Catharinae, et docebit de oneribus.

Declarat [pastor] insuper sese oneratum, ut provideat curae in Enschoot, cui deserit D. Joannes Sweers, altaria in Oisterwijck, et solvit illi nonaginta florenos et modum siliginis.

Dicit custodem sordidum, nullamque curam habere ecclesiae exornandae et monitum a diversis sese non corrigere.

Rogatus de fabrica, dicit nihil habere in redivisibus. Mensam. S. Spiritus dicit habere aliqua bona, sed onera tam multa ut nihil supersit.

**D. Gisbertus van den Kollick Boxtellensis**, vicarius pastoris, annos natus 40, per annum fuit in deservitura. Interrogatus dicit se ex conventionem cum pastore obligatum esse ad sex missas septimanales, sabbatho vero obligatum ratione cappellae B. Mariae, solvit communitas undecim florenos. Dicit sese habere licentiam audiendi confessiones a Rev.mo D. Masio, sed nullas habet litteras. Pastor solvit pro onere vicariatus ducentos florenos et viginti quinque, duos modios siliginis et hordei similiter duos et cespites.

Interrogatus an sint aliqui haeretici, dicit esse unum vitarium et duos fratres fabros lignarios conficientes carrucas<sup>17</sup>). Item unum sartorem. Item Judocum Gysemaers. Item chirurgum. Item alium, cujus nomen ignorat, sed secretarius habet uxorem, quae est filia fratris ejus.

Dicit nunquam fieri Laudes, neque dominicis neque festis, sed ab eo inceptas fieri diebus dominicis [Laudes] Venerabilis Sacramenti, sed proprio motu. Dicit custodem nimis remote habitare ab ecclesia, sese saepius solum sine custode debere ire ad infirmos et custodem esse sordidum. Rarissime lumen esse ante Venerabile Sacramentum, deesse etiam libros cantuales. Dicit ultimam missam diebus ferialibus non fieri certa hora, sed nunc hora nona,

nunc 10a, nunc undecima. In libro baptismali non annotatur nomen matris infantis.

In ecclesia Tilburgensi fundatus est personatus ad collationem familiae de Brederode, cujus rector est nothus ejusdem familiae, annos natus 50, sed non habet institutionem; prout retulit scultetus loci, qui habet bona et fructus personatus in arrendam <sup>18)</sup> sub onere duarum missarum.

Ex libro nobis exhibito per dictum D. pastorem patet et constat altare SS. Dymphnae et Barbarae onerari ad tres missas, videlicet feria 2a, 4a et sabbatho et fundatum fuisse anno 1483, januarii die 17a.

**D. Gerardus Alens** <sup>19)</sup> annorum 67, beneficiatus D. Mariae et S. Dymphnae et Catharinae, simul unitorum per Rev.mum D. Masium anno 1613, mensis novembris die quinta.

#### Moergestel

In Moergestel die 26 junii 1615.

**D. Theodorus Sweens** annorum 60, religiosus Tongerloensis, pastor in Moergestel per annos decem, deponit sese habere 700 communicantes et ultra, inter quos unum nomine Johannes Daniels, qui in Paschate non communicavit, et Marcelium Otto, qui ob lites inter se et fratrem hoc Paschate non communicavit.

Tria sunt beneficia: Primum, quod est sub titulo B. Mariae, cujus rector D. Gisbertus Adriani Gestelius sub onere trium missarum, quas celebrat D. Guilielmus capellanus, requirit ex fundatione personalem residentiam <sup>20)</sup>. Secundum, quod est sub titulo S. Catharinae, cujus rector est Guilielmus Martini capellanus sub onere duarum missarum, requirit et personalem residentiam. Tertium, quod est sub titulo S. Annae, cujus rector est Petrus Alberti, pastor in Ghilse, sub onere unius missae, quam celebrat D. Guilielmus capellanus.

Rectores mensae S. Spiritus laudabiliter singulis annis reddunt computum nullamque querelam adversus eos habet, uti nec contra aedituos. Johannes Hoppenbrouwer, qui abduxit alterius sponsam, non communicavit in Paschate.

Aeditui et rectores mensae S. Spiritus non habent quod contra pastorem dicant, sed desiderarent post primam missam catechisationem institui pro junioribus famulis.

## Hilvarenbeek 28—30 junii.

Op zondag 28 juni was de bisschop, vergezeld van zijn penitentiarius Jan Kievits, te Hilvarenbeek (waarschijnlijk logerend bij de pastoor-landdeken Mattheus Langhecrutius) en hij schijnt daar tot 30 juni gebleven te zijn. Hij ontving er bezoek van de pastoor van Poppel, die hem navolgend relaas over zijn parochie deed :

## Poppel.

D. Pastor in Poppel 28 junii 1615 in Hilvarenbeca.

**D. Laurentius Mutsarts** annorum 35, religiosus Tongerloensis, pastor in Poppel ab annis octo, declarat omnes suos, qui sunt 400, communicasse in Paschate, excepto uno nomine Mattheo de Backer. Idem fecit contractum, addita poena sexaginta florenorum solvendorum ab eo qui poeniteret et a contractu resiliret, partim pro fabrica, partim pro mensa S. Spiritus et 3a parte officiaro loci, cui solutum esse intellexit ac proinde deberi alias duas tertias. Super quo ordinamus, ut [pastor] levet copiam contractus et ad nos mittat. Idem inventus est Brede in publico adulterio ab uno anno.

De rectoribus mensae S. Spiritus dicit illos quidem singulis annis reddere legalem computum, sed non solvere arrestadia <sup>21)</sup> et multas restare pecunias, quae non applicantur, imo communitatem sumpsisse mutuum a mensa S. Spiritus 400 fl. plus minus, quorum nullus fructus. D. pastor mittet extractum de arreagiis debitis. Dicit praeterea adhuc esse arreagia antiqua, quae non sunt recepta a magistris S. Spiritus et videtur ipsi quod deberent illa purgari et si inveniantur debitores pauperes, posse illis remitti.

Quod attinet ad fabricam, dicit illam esse pauperem, sed a paucis tempore se obtinuisse a communicate quod possit circuire sub praedicatione.

Dicit se habere capellanum D. Santium Jacobi Populensem esseque bonae vitae eumque habere tria beneficia unita per Rev.mum Masium; praeterea centum florenos a communitate sub onere docendi juventutem vel alium substituendi, quod non facit.

## Arendonk.

Ook **Petrus van Rijsingen**, pastoor van Arendonk, zal naar

Hilvarenbeek gekomen zijn en daar op 29 juni navolgende verklaring aangaande zijn parochie hebben afgelegd :

Anna uxor Antonii Reynen in publico convivio, habitò in villa Postulana, debacchata est contra preces pro fidelibus defunctis, quas sustinuit esse inutiles <sup>22</sup>).

Uxor Petri Weyts opposuit se peregrinationibus et illa ipsa in eodem convivio debacchata est in invocationes sanctorum.

Ita declaravit D. pastor in Arendonck coram Rev.mo D. et D. poenitentiario Kievits 29 junii 1615.

In Goirle 29 junii 1615.

**D. Petrus de Dun** annorum 46, ab annis 18 pastor Goirlensis, habet quadringentos septuaginta plus minus communicantes, quos omnes declarat in festo Paschatis communicasse et officium praestare, nullosque habere suspectae conversationis.

Rectores mensae S. Spiritus annis singulis reddunt legalem computum et administrant laudabiliter.

Dicit competentiam suam satis tenuem, habere 16 modios sili-ginis ex decimis et in reditibus 12 fl.

Dicit duo fundata beneficia in ecclesia, unum sub titulo B. Mariae, alterum sub titulo Barbarae et Catharinae, unita et incorporata pro primissario ab annis 8 a Rev.mo D. Masio. Litteras unionis factae reservari a scabinis, qui praetendunt habere interesse.

Contra capellanum suum, qui et primissarius, est nullam habet querelam, sedulum esse in officio.

Dicit subditos suos esse difficiles in solutione panum praebendalium.

**D. Laurentius Johannis Goirlensis** annorum 30, ab annis quinque primissarius et vicarius, dicit suam competentiam tantum esse 130 florenorum eamque tenuem satis, sed ex patrimonio sese sustentare, nullamqua habere querelam adversus D. pastorem. Dicit suos tantum solvere pro baptismatione prolis tres quadrantes, pro matrimonio septem stuferos, pro funere duodecim.

Bovenstaande visitatie der parochie Goirle geschiedde waarschijnlijk door Kievits, terwijl Zoesius de kerk van Hilvarenbeek visiteerde <sup>23</sup>).

Een dag later (30 juni) visiteerden beiden hier het kapittel, zie

Frenken Documenten betreffende de Kapittels van Hilvarenbeek, St. Oedenrode en Oirschot blz. 37 (verder aan te halen als Documenten).

### Middelbeers.

In Middelberze sive Berze canonici 1 julii 1615.

**Johannes Oudart** ab annis quatuor pastor, annorum 32, habet trecentos quinquaginta communicantes; unum nomine Philippum communiter den slimmen Philip, commorantem in Westelberze, qui non communicavit. Nullos alios habet suspectae conversationis.

Dicit hactenus computus mensae S. Spiritus non fuisse liquidatos, brevi tamen opera sua liquidandos.

Dicit in ecclesia sua fundatum beneficium sub titulo S. Mariae, cujus fructus hactenus receperunt seculares administratores seu potius gildae S. Mariae decani, a quibus hactenus impetrare non potuit copiam foundationis. Fundatum est sub onere duarum missarum, sed jam ex eorum placito cantatur missa sabbatinalis, pro qua solvunt pastori 14 fl. Dicit multa esse arreae ejusdem beneficii, quae cesserunt ante tempus ejusdem pastoris, sed manere insoluta.

Declarat capitulum Oirschotatum <sup>24)</sup> sese correxisse super excessu rogatque Rev. mum D. gratiam. Confitetur illam, quam confitetur sese cognovisse, per septem menses et tres septimanas fuisse matrimonio conjunctam antequam pareret, nullam tamen ei moveri difficultatem a marito <sup>25)</sup>.

Dicit ludimagistro satis bene et sufficienter esse provisum, sed nullam haberi curam scholae et omnia, quae debentur didascolo aut ludimagistro, applicari primissario et sic omnia confundi, ita ut tandem bona ludimagistri primissario applicari possent.

### Oostelbeers

In Oisterberze sive Berze monachi 1 julii 1615.

**fr. Johannes Scaligeneus** (J. van Scaluynen) Turnhoutanus, religiosus Tongerloensis, ab anno cum medio pastor in Oisterberze, annorum 32. Habet 250 communicantes, qui omnes communicarunt in Paschate.

Habet beneficium B. Marie unitum pastoratui, sed nondum expeditae litterae unionis. A viginti tamen annis pastores praede-

cessores reservarunt sibi fructus ejusdem benefici, quod est sub onere unius missae.

Illa mulier, de qua infamatus est pastor in Middelberze, jam conjugata est et habitat in Moergestel; modo habitat sine ancilla.

Habet ludimagistrum, qui scholam habet in ecclesia; subditi promiserunt extruere scholam prima quaque opportunitate.

Dicit parochianos conqueri de praelato Tongerloensi, quod non reficiat navem ecclesiae et muros.

Lambertus Pauwels et Antonius Matthijssen, scabini in Oisterberze, declarant requiri necessariam reparationem navis ecclesiae, ad quam tenetur abbas Tongerloensis. Probant officium pastoris et etiam custodis ecclesiae.

### Liemde

In Lyembde 2 julii 1615.

**D. Gerardus Reyneri** annorum 48, a 12 annis pastor et quidem primus in Lyembde, habet sexcentos et quinquaginta communicantes, qui omnes in festo Paschatis communicarunt. Habet tamen unum concubinarium nomine Waltherum Christiani, qui cum concubina sua, quae est ei in 4e gradu consanguinitatis, contraxit sponsalia.

Dicit etiam unam capellaniam sub titulo S. Johannis incorporatam pastoratui, cui pro dote adjiciunt parochiani ducentos florenos. Dicit quod commissione Rmi D. Masii superfluum ex mensa S. Spiritus applicetur fabricae.

Habitat in hospitio et elocat domum pastorem. Vocati scabini dixerunt pastorem facere offitium suum in ecclesia et in visitatione infirmorum.

**D. Henricus Godefridi Mierloensis**, a 3 annis sacerdos, a festo Joannis Bapt. ultimo primissarius et ludimagister, dicit quatuor annis se studuisse in Mierlo et 2 annis Buscoducis, ubi fuit tertianus, sed visus nobis valde simplex in latina lingua et quia invenimus eum sine tonsura, serio injunximus, ut tonsuram gerat sub poena unius floreni et a frequentatione tabernarum absteineat.

Similiter injunximus pastori, ut habitum sacerdotalem gerat sub poena unius floreni toties quoties sine habitu inventus fuerit; et ut infra octiduum ad domum pastorem migret sub poena duorum florenorum per singulas septimanas; et ut a scurrilitate et turpiloquiis absteineat, ne aliis scandalo sit.

## Kapittel van Boxtel.

Visitatio capituli Boxtellensis 3a julii 1615.

**D. Petrus Bresserus**, senior canonicus, annorum 69, ab anno 1580 fuit in residentia. Dicit distributiones plumbetorum non fieri eo quod nullus se absentet ab horis, cum omnes teneantur ad decantationem horarum. Dicit quod officium divinum fiat satis honeste, aliquando tamen properant nimis. Dicit mulieres, maxime domicellam dni de Wattyn<sup>26)</sup> cum pedissequa venire ad sedilia, quod inhonestum est. Dicit se non scire aliquem suspectae conversationis ex confratribus, sed D. Gregorium non abstinere plane a scurrilitate, eumque habere parva media ad se bene vestiendum eo quod det pensionem pastori in Oirschot 55 fl. Dicit omnes oblationes jam cedere fabricae, cujus rectores habent diligentem curam ejusdem; includuntur oblationes cistae, munitae tribus seris, cujus unam habet ipse deponens, alteram habet praetor, tertiam senior aedituus intraneus. Dicit se etiam habere reliquias sanguinis Domini de consensu dominorum de capitulo, sed non omnes sciunt locum, in quo conserventur, aliquibus tamen communicavit. Ex statutis singulis feriis sextis, si quae tractanda occurrunt, convocatur capitulum.

Dicit duo esse beneficia fundata, alterius rector Cocx, qui est capellanus Bruxellae ecclesiae de Capelle, quod est sub titulo S. Martini. Spectat ad collationem capituli videturque expedire quod inde constitueretur vicaria. Expediret renovare tabulam caeremoniarum et illas diligenter servare ad ornatum chori.

Ita est : Petrus Bresserus.

Notavimus quod in ecclesia non sint sedes confessionales juxta synodum. Petivimus etiam horam congruam pro catechismo, sed putant nullum fore auditorium.

**D. Abel de Monte S. Gertrudis** annorum 70, ab annis 23 fuit canonicus. Dicit canonicos omnes facere suum officium, nullumque se scire, qui sit suspectae conversationis. Dicit etiam plumbeta non distribui, sed expedire tamen ut distribuantur. Et omnes esse aequales tam absentes quam praesentes et aequaliter participare, quod tamen non aequum est.

**D. Adrianus Jodoci** annorum 60, ab anno 1599 canonicus, dicit diligentes satis canonicos in officio, non signari tamen fautas, expedire tamen distribui plumbeta. Dicit omnes canonicos audire confessionem, excepto D. Gerardo.

**D. Wilhelmus Buerden** annorum 53, ab annis 8 canonicus,

dicit reverenter fieri officium divinum. Dicit omnes esse bonae conversationis, sed *D. Gregorium* esse liberiozem in ore quam decet sacerdotem. Dicit etiam distributiones non fieri omnesque aequaliter participare. Fuit aliquando pastor hujus loci. Dicit etiam reliquias non circumferri, nisi adjuncto Venerabili Sacramento.

**D. Goeswinus Gerardi** annorum 53, ab annis 3 canonicus, dicit hactenus nullas factas distributiones. Dicit omnes esse bonae vitae et *D. Gregorium* sese emendare. Fuit 12 annis pastor in Gemonde.

**D. Gregorius** annorum 32, ab annis 3 canonicus, audit confessiones, sed non habet litteras. Interdiximus ipsi, ne deinceps confessiones audiret et serio monuimus, ut ab omni scurrilitate et lascivis verbis absterneat.

**D. Gerardus ab Eyndhovia** annorum 27, a 3 annis canonicus, studuit Lovanii usque ad bacalaureatum exclusive. Dicit *D. Gregorium* sese emendare. Dat *D. Petro Schoot* pensionem adhuc 20 fl.

**D. Balthasar Bontius** annorum 75, 2<sup>o</sup> anno suae residentiae, omnes dicit adimplere officium suum. Dicit dominam de Boxtel addixisse primam vacaturam capellano in Haren inhabili. Dicit *D. Gregorium* et *Gerardum* frequentare tabernas et ludere aleis, nec gestare habitum clericalem, ire illos piscatum et alia facere, quae non decent sacerdotem. *D. Gregorius* saepius se absentat a choro. Monendum dicit pastorem, ut clericaliter incedat. Etiam mulierem, quae habet curam ornamentorum, ut mundior sit. Etiam albas reficiendas et providendum de linteis. Monendus etiam rector scholae, ut diligentior sit in instruendis pueris. Petit licentiam audiendi confessiones, praesertim in necessitate.

Hieronder schreef Zoesius :

Injungimus *D. Petro Bressero*, ut curet per aedituos fieri sedilia commoda ad audiendas confessiones ; provideri ecclesiae de mapis et albis honestis.

Ut capitulum cogitet de modo practicandi distributiones easque mihi communicet. Item de unione cappellae ad opus vicarii monialium.

In Boxtel 3a julii 1615.

Op een afzonderlijk blad :

**D. Johannes Antonii** annorum 28, 4<sup>o</sup> anno pastor, habet mille quingentos plus minus communicantes, inter quos habet

duos, quos putat non communicasse : ancillam canonici Bontii, quae omisit propter caussam jurgii, et Johannem Intgat.

Habet scholam et centum scholasticos aut circiter. Rogatus de catechismo dicit se illum absolvisse in concione, quam pro medietate habuit catechisticam. Dicit omnes canonicos esse boni nominis et famae, etiam D. Gregorium, qui se indies corrigit. Dicit competentiam suam esse 350 fl.

Dicit esse novem praebendas et decanatum et duo beneficia simplicia, unius rector ipse pastor, alterius quod est sub titulo S. Martini, cujus rector est D. Michael Cocx habitans Bruxellis.

#### Best

Best prope Oirschot [4 juli 1615] 27)

**Guilielmus Heerbeek**, pastor in Best, annorum 27, a 3 annis pastor, habet mille communicantes, qui omnes in Paschate communicarunt, uno excepto qui ob jurgium cum uxore non communicavit. Habet unum de fide suspectum nomine Gerardum van Deventer. Habet duos, qui habent divortium cum uxore, una nomine Maria Michaelis, cujus maritus in Esch habitat ; alii vagabundi sunt et hyeme ad Best redeunt.

Magistri fabricae satis laudabiliter funguntur officis. Ex eo quod sub dominio de Oirschot sint, non est illis provisum de mensa S. Spiritus nec hospitali.

Competentia illi assignatur a communitate 180 [fl.]. Cantor in Oirschot est primissarius ejus qui diebus dominicis et festivis celebrat, pro quo communitas solvit 60 fl. Habet beneficium fundatum in summo altari, cujus rector D. Walterus Cuyckius, canonicus Oirschotanus, qui relinquit omnes fructus pro communitate, ut ex iis solvant pastori et primissario.

Visitatie van het kapittel te Oirschot door Zoesius, bijgestaan door J. Kievits, 14 juli 1615, zie *Documenten* blz. 198, 199, 269-271

#### Casteren

In Casteren 28) 17 juii 1615, patronus S. Willibrordus.

**D. Petrus Gorrop Arendonckanus**, annorum 63, a 29 annis pastor, habet 142 communicantes, omnes Catholicos et probae vitae. Habet ludimagistrum, qui diligens est in officio suo.

Dicit pastoratui incorporatum beneficium B. Mariae ante ejus

adventum ad pastorum ; valet beneficium septem modios. Assignat capitulum Hilvarenbecanum <sup>29)</sup> ipsi pro competencia pastoralis sexdecim modios siliginis mensurae loci, rogatque sibi assignari majorem per Dominos de capitulo. Dicit rectores mensae S. Spiritus et fabricae laudabiliter fungi officio suo.

Dicit sese oneratum quotidiana missa, exceptis exequiis et anniversariis, tam ratione pastorum quam beneficii, quod gravatum [est] 2 missis pastorum incorporatis.

Hogeloon en Hapert.

In Loon et Hapart sibi invicem unitis, 17 julii 1615.

**fr. Gisbertus van den Broeck**, religiosus abbatiae Tongerloensis, annorum 51, a 17 annis pastor, dicit anno 1544 unitos pastorum ; dicit litteras unionis esse sub abbate suo. Habet in Loon 350 communicantes, qui omnes in Paschate communicarunt.

In Hapart habet 240 communicantes, quorum nullus in Paschate defuit officio suo.

In Hapart nulla fundata beneficia, tenetur tamen ratione pastorum ad 2 missas, exceptis dominicis et festis diebus, videlicet feria 4a et sabbatho.

In Loon fundata duo beneficia, videlicet Mariae et Pancratii. Ratione beneficii Mariae tenetur ad duas missas, quae reductae ad unam a Rev.mo Crabeels; ratione beneficii Pancratii tenetur similiter ad duas. Ratione pastorum tenetur ad unam missam, videlicet feria 3a, exceptis dominicis et festis.

Tam in Loon quam in Hapart dicit rectores mensae S. Spiritus laudabiliter reddere computum ; etiam ludimagistros suos non deesse officiis suis.

Dicit futuro anno sese habiturum vicarium et hactenus non potuisse alere, sed abbatem [Tongerloensem] aucturum et adjecurum quid in subsidium. Dicit coemiterium a communitate debere concludi, ne aditus pateat bestiis. Dicit etiam non semper servari lumen ante Venerabile Sacramentum.

In Loon 17 julii 1615.

**D. Johannes Luyens**, annorum 73, a 30 annis ludimagister, a 5 annis sacerdos et primissarius, celebrat dominica die, feria 2a, 3a et 5a [tamquam] rector beneficii S. Pancratii sibi collati a Rev. D. Abbate Tongerloensi. Dicit praeter Pancratii fundatum esse beneficium Mariae ; requirit duas missas ex fundatione, sed unum

solum fit per pastorem. Dicit sororem Rev. D. abbatis Stalparts <sup>30)</sup> fundasse officium unius missae de Sacramento venerabili celebrandae septimanatim per pastorem feria 5a. Dicit plus quam centum anniversaria fundata et non fieri officia. Similiter et soror D. Stalparts fundavit missam de B. Virgine die sabbathi, pro qua recipit D. pastor 25 fl. in Hapart, uti et in Loon 25 fl. pro missa Sacramenti.

Dicit magistros S. Spiritus non laudabiliter reddere computum et computus illorum non esse liquidos; uti et rectores gildae S. Mariae.

Dicit abbatem Tongerloensem nulla ratione velle restaurare ecclesiam et plane eum esse involuntarium.

Dicit pastorem et circumvicinos pastores frequentiores esse in tabernis. Dicit pastorem in Eersel et Bergeyck esse suspectae conversationis, uti et in Oerle.

### Schijndel

19 juli was Zoesius in St. Oedenrode, waar de pastoor van Schijndel hem vermoedelijk onderstaand relaas over de toestand van zijn parochie bezorgde :

19 julii 1615 in Roda S. Odae.

**D. Andreas Jacobi Bogarts**, pastor in Schijndel, annorum 40, ab undecim annis pastor, habet mille quingentos communicantes.

Habet praetorem suspectae religionis ex eo quod dominicis et festis non frequentet ecclesiam. Dicit amicos praetoris ante duos annos non voluisse exhibere reverentiam Venerabili Sacramento et monitus praetor noluit eos monere.

Dicit D. Valerium Petri capellanum esse ebriosum et frequentare tabernas. Habet praeterea vicarium D. Gisbertum a Grinsven. Dicit beneficium sub invocatione B. Mariae fundatum in ecclesia de Schijndel, cujus rector est D. Adamus Henrici, pastor in Erp, gravatum 2 missis, una ad libitum, altera sabbatho, cujus deservitram habet pastor.

Est mensa S. Spiritus, cujus rectores singulis annis reddunt legalem computum. Aeditui vero in computu non satisfaciunt pastori. Dicit fundatum xenodochium pro duabus vetulis ab Henrico van der Ast, cujus administratio laudabiliter fit. Custodem probat tam in officio suo, quam in schola.

Kapittel van St. Oedenrode 20 juli 1615.

Zie visitatieverslag in *Documenten* blz. 114—115, 149—150.

Kapittel van Eindhoven.

Visitatio capituli Eindhoviensis 23 julii 1615.

**Rev. D. Mathias Gerardi** decanus, 37 annorum, ab annis 7 decanus, dicit [esse] novem canonicos cum decano et decanum habere duplicem praebendam et praeterea particulares decimas, dictas de persoonthiende in Eeckart et Vlohoven.

Dicit duos tantum absentes, nempe Aegidium Dilienum, pastorem in Tongeren, cui attribuunt octo modios, alterum Johannem Strijbos, studiosum Buscoducensem, cui nihil attribuunt, uti nec alii absentibus — sed pastori ex gratia —, cum omnes praebendae sint sacerdotales. Dicit nullos esse vicarios, sed canonicos per se facere officium, excepto uno conductitio. Dicit decem fundata beneficia et nullum [beneficiatum] esse residentem et capitulum recipere fructus et persolvere onera.

Praeterea pastores in Buyle [Budel] et in Mares [Maarheze] suspectae esse conversationis et pastorem Eindhoviensem satisfacere officio pastoralis.

Dicit feriis sextis celebrari capitulum.

**D. Georgius Johannis** 58 annorum, senior canonicus, ab anno 1585 canonicus, dicit officium per canonicos fieri decenter et exacte celebrari missas, omnesque canonicos laudabiliter satisfacere vocationi suae, nullosque canonicos habitare in tabernis, quamvis aliqui aliquando visitent.

Capitulum constituit aedituos, qui officio suo satisfaciunt, similiter et rectores mensae S. Spiritus, qui per magistratum urbis constituuntur.

Dicit officium catechistae, quod jam ab anno a D. Waltero Museo, canonico S. Materni Leodiensis, fundatum est, recte adimpleri.

Dicit nullas dari distributiones ad horas, quamvis in erectione capituli et statutis mandatum sit et medietas decimarum pro iis faciendis reservata sit.

**D. Michael a Merevoort** annorum 45, ab annis 14 canonicus et pastor in Straeten [Stratum], dicit laudabiliter fieri officium, nullas tamen dari distributiones.

**D. Johannes Cuytsius** annorum 46, ab annis 15 canonicus, dicit laudabiliter fieri officium divinum nullosque canonicos esse

suspectae conversationis. Nullas etiam dari distributiones, placere tamen ut posthac dentur, cum medietas decimarum ad hoc data sit. Anniversaria etiam laudabiliter fieri prout fundata sunt. Dicit ordinandum quod summum sacrum fiat cum diacono et subdiacono. Ludimagister constituitur per decanum et magistratum, qui pro parte contribuit.

**D. Jacobus Francisci** annorum 46, ab annis sex canonicus et pastor [in Woensel], dicit quidem officium nunquam intermittere, aliquos tamen aliquando sese absentare ab officio, nullasque dari distributiones et cum dabantur exortas fuisse difficultates et contentiones inter canonicos, neque expedire ut instituantur. Dicit pastoratum gravatum duabus missis ex incorporatione beneficii sub titulo S. Jacobi. Dicit necessariam esse restaurationem altarium.

**D. Johannes van den Hoeve**, Bac. S. Th., annorum 26, ab annis duobus canonicus residens, dicit laudabiliter satis fieri officium divinum.

**D. Petrus Rutgeri** 34 annorum, ab annis 8 canonicus, dicit officium divinum fieri decenter, non tamen dari distributiones.

In Eyndhoven 23 julii 1615.

**D. Jacobus Francisci**, pastor ab annis sex, habet 646 communicantes, inter quos habet quatuordecim aut quindecim suspectae fidei, quorum nomina dabit in scriptis. Dicit tamen illos non habere aliquam congregationem aut exercitium haereseos.

Dicit sese intellexisse de pastore in Maerheze, quod non obstante correctione priori vacante sede <sup>31)</sup> sese non corrigat et incontinen-ter vivat unacum cognata sua, quam dicitur impregnasse. Dicit etiam malum esse rumorem de pastore de Buyle de incontinentia.

Onder deze tweede verklaring van pastoor Jac. Franssen, die op hetzelfde stuk voorkomt, liet de visitator aantekenen :

Omnino monendus est pastor, ne se immisceat rebus saecularibus et exercitio notariatus, prout deprehenditur facere, et ut fugiat omnem speciem avaritiae, de qua etiam accusatur. Item ut nobis scripto explicet quid sit de imagine divae Virginis, cujus multa miracula e suggestu praedicat <sup>32)</sup>.

Dan volgt nog een tweede verklaring van de pastoor van Stratum aangaande zijn parochie :

Straeten 23 julii 1615.

**D. Michael a Merevoort** annorum 45, ab annis 10 pastor <sup>33</sup>), habet 160 communicantes. Habet unam uxorem Arnoldi Coenen, quae in Paschate non communicavit eo quod sit haeretica. Dicit unum nomine Sterlinx, qui a mense venit ex Hollandia, esse suspectae fidei. Dicit Waltherum Nicolai deprehensum in adulterio et punitum a sculteto, illumque jam reliquisse pagum. Dicit rectores mensae S. Spiritus satisfacere officio, nullamque erectam esse scholam, sed pueros frequentare scholam Eyndhoviensem. In ecclesia nulla sunt beneficia fundata aut officia et ecclesiam de Straeten ab annis 100 separatam esse ab ecclesia de Woensel <sup>34</sup>).

Budel

Visitatie 24 julii 1615.

**D. Godefridus Jeghers Gemertanus** annorum 33, ab annis sex pastor per collationem cantoris Aquensis S. Mariae, qui et pastor est; hic [G. Jeghers] tantum vicarius perpetuus.

Habet ultra mille communicantes, inter quos non communicarunt Theodorus Leonardi, Walterus de Wever, Johannes Vreen et Henricus Vreen fratres; sunt et alii, quorum nomina transcribet ex ordinatione Rev. D. [episcopi].

Est beneficium SS. Joannis Bapt. et Evang. sub onere 2 missarum, quas celebrat ipse deponens, cujus rector est Henricus Anrix, studiosus Lovaniensis. Est et aliud sub titulo S. Catharinae sub onere 2 missarum, sed nescit rectorem et onera non fiunt. Est et aliud SS. Jacobi Minoris et Majoris, ignorat onus, sed dicit D. Petrum Schoot, canonicum Buscoducensem, jus praetendisse, interim onera non fiunt. Dicit et alia beneficia esse, sed modo vacantia, et dicit registra esse dispersa. Est et officium incorporatum curae pastorali et celebrat unam missam D. deponens.

Magistri mensae S. Spiritus faciunt officium suum.

Monitus a nobis, promisit sese numquam frequentarum tabernas et quod a venationibus abstinebit et venaticos canes dimittet. Et ut prima opportunitate rescriptiones beneficiorum transmittat <sup>35</sup>). Dicit sese promotum Coloniae, sed non studuisse post promotionem.

Postmodum comparuerunt D. drossardus Hovelmans et Johannes Nicolai secretarius et Adrianus Leen locumtenens, petentes ut attentam magnitudine et latitudine parochiae possint habere capellanum residentem, primissarium et catechistam.

Dicunt etiam esse inter limites parochiae capellam de Ghastel sub onere unius missae, quam celebrat pastor. Est et beneficium S. Nicolai sub onere duarum missarum, cujus rector D. Lambertus Hamontanus, celebrat ipse rector.

Dommelen. <sup>36)</sup>

Visitatie 24 juli 1615.

**D. Matthias Johannis** 45 annorum, a 12 annis pastor. Confert pastoratum pastor Bergheycanus et patronus ecclesiae S. Martini. Habet 230 communicantes; duo videlicet Henricus Petri et Anna ejus uxor, qui venerunt ex Zelandia et textores sunt, non communicarunt. Nullos habet adulteros aut concubinaros.

Est beneficium S. Antonii sub onere unius missae, quam celebrat D. Henricus Johannis primissarius, cujus rector est D. Valerius Heeren, pastor in Weerd [Valkenswaard]. Est et beneficium Mariae, incorporatum curae pastoralis sub onere 2 missarum.

Dicit rectores mensae S. Spiritus difficiles esse in reddendo computu. Primissarius est et ludimagister; laudabilem habet curam scholae. Difficiles etiam sunt aeditui in reddendo computu, ita ut debuerint cogi per schultetum.

Maarheze

Visitatie 24 juli 1615. <sup>37)</sup>

**D. Johannes Bartholomaei** annorum 30, ab annis 6 pastor in Maarheze. Habet sexcentos communicantes plus minus; omnes excepto uno communicarunt, nomine Johannes Martini, non tamen habet illum pro haeretico, sed putat illum omisisse prae paupertate.

Est beneficium S. Crucis et S. Annae sub onere 3 missarum incorporatum pro primissario a Rev.mo Masio; celebrat primissarius. Est et aliud beneficium sub titulo Barbarae, cujus rector D. Johannes Cuyt(s)ius, canonicus Eyndhoviensis, sub onere unius missae quam celebrat, ut dicit, ex dispensatione Rev.mi B. Masii in ecclesia Eyndhoviensi; interim obtulit pastori gratuitum pro eo. Est et aliud sub titulo B. Mariae in Sole, cujus onus et rector ignoratur.

Dicit quod ipse remiserit omnia debita, quae restabant mensae S. Spiritus ab anno 1611 et hoc ex consilio Rev.mi D. Masii et drossardi; interim tamen ab illo anno non sine summa difficultate

solutum esse mensae S. Spiritus. Dicit sese difficultatem pati cum magistris fabricae. Dicit et confitetur sese tertio peccasse cum tribus diversis etiam sibi sanguine conjunctis, sed duabus vicibus sese correctum fuisse tam a Rev.mo D. Masio quam Vicariatu sede vacante. De cetero petit gratiam a Rev.mo D. et misericordiam <sup>38</sup>).

Riethoven

Rythoeven 26 julii 1615.

**D. Henricus Minten** annorum 70, a 43 annis pastor, habet quadringentos communicantes; omnes communicarunt in festo Paschatis, exceptis quatuor, videlicet Michaelae Wynandi, molitore in Waelre, et Henrico Pauli, Johanne Stapparts et Waltero Henrici Verobbelen, qui quatuor suspecti de haeresi. Nullos habet adulteros aut concubinaros; est tamen Johannes Adriani Ancelmi, qui est in divortio cum uxore sua.

Est beneficium sub invocatione Crucis sub onere primae missae diebus dominicis, cujus rector mag. Paulus Stapparts vicarius in Duffele; celebrat primissarius Wilhelmus Johannis de Zoemeren. Est et aliud beneficium sub invocatione B. Mariae cum onere 2 missarum in Oerle, celebrat ipse deponens. Est et officium Mariae et Annae sub onere 1 missae diebus festis, celebrat primissarius et recipit fructus.

Primissarius est ludimagister, habet aliqualem curam scholae. Rectores mensae S. Spiritus reddunt laudabilem computum, prout et rectores fabricae.

Conqueritur D. pastor deponens quod subditi violent festos et dominicos dies operibus servilibus, et requisivit saepius schultetum Campinae ne deesset officio suo, sed nullum adhuc sensit subsidium.

Patronus ecclesiae est divus Willebrodus et confertur cura per pastorem in Bergheyck.

Knechsel 26 julii 1615 <sup>39</sup>).

**D. Arnoldus Goswini** annorum 30, ab annis sex pastor, habet centum sexaginta sex aut circiter communicantes, qui omnes in festo Paschatis nullo excepto communicarunt. Nullos declarat sese habere adulteros et concubinaros. Ut et nulla dicit fundata beneficia in ecclesia sua. Aeditui ut et rectores mensae S. Spiritus laudabilem singulis annis reddunt computum.

Erecta jam ab anno schola per communitatem; sed necdum ludimagister neque custos, sed quaeritur per pastorem.

Patronus ecclesiae SS. Gondulphus en Monulphus. Decimas omnes habet capitulum S. Petri Lovaniensis et conqueritur de competentia et reparatione ecclesiae, quae nulla fit. Disputatur inter capitulum S. Petri et capitulum Oirschotanium de collatione pastoratus, quare jure devoluto contulit illi Rev.mus D. Masius curam pastoralem.

Eersel 27 julii 1615, [ecclesia]reconciliata.

**D. Petrus Ancelmi** annorum 70, a 24 annis pastor, ante 9 annis vicarius in Loon, habet quingentos communicantes, inter quos unum nomine Johannem Danielis habet haeticum. Nullos habet adulteros vel concubinarios. Habet et alium suspectum de haeresi Petrum alias dictum den quaedem Peter, textorem.

D. abbas Epternacensis, collator pastolaris curae, habet medietatem decimarum, alteram medietatem ipse pastor. Dicit rectores fabricae quidem singulis annis reddere computum, sed debere adhuc et non satisfacere conclusioni computus et illum non liquidare. Idem dicit de magistris mensae S. Spiritus.

Est beneficium S. Spiritus unitum beneficio S. Mariae sub onere missae cum media [= 3 missarum in 2 hebdom.], cujus rector D. Ancelmus Jacobi sacellanus residens et deservit. Est et officium Mariae sub onere celebrandi diebus dominicis et festis, deservit sacellanus. Alterum officium Catharinae et Barbarae sub onere 4 missarum, videlicet feria 2a pro defunctis, feria 3a de angelis, feria 5a de Venerabili Sacramento.

Est media ecclesia. Patronus ecclesiae S. Willebrordus.

Duysel 27 julii 1615.

**D. Gerardus Johannis Becanus** annorum 68, ab anno 1604 pastor, ante vicarius pastoris in Diessen, habet centum septuaginta communicantes, qui omnes in Paschate reconciliati sunt et Sacramentum Eucharistiae perceperunt. Nullos habet concubinarios aut adulteros.

Patronus ecclesiae S. Johannes Bapt. Spectat collatio curae ad Rev.mum Buscoducensem. Est beneficium sub invocatione B. Mariae sub onere 3 missarum, reductarum ad 2 per Rev.mum Masius, cujus rector D. Johannes Ooms commorans in Ghierle; deservit D. deponens. Non habet primissarium, sed beneficium rogaret incorporari pro eo.

Ludimagister utcumque satisfacit officio suo.

Est officium in altari S. Johannis patroni sub onere unius missae, quam celebrat D. deponens.

Est quarta capella. Rectores fabricae et mensae S. Spiritus satisfaciunt officio suo.

### Lagemierde

Leegemierde 30 julii 1615 [ecclesia] reconciliata.

**fr. Theodorus Roymans** ordinis Praem. abbatiae Floreffiensis, 48 annorum, a decem annis pastor. Collator abbas praedictus; S. Stephanus patronus ecclesiae.

Habet ducentos septuaginta quinque communicantes, qui omnes communicarunt in festo Paschatis. Nullos habet adulteros aut concubinos, nec suspectos de haeresi. Sunt tamen qui collocant filios suos in Hollandia, unde seduci possent.

Est beneficium S. Stephani, 2um B. Mariae, 3um Annae et Magdalenae, quae tria unita sunt per Rev.mum D. Masium in et ad usum primissarii residentis, quorum onera reducta sunt ad quinque missas septimanatim. Est 4um sub invocatione S. Andree, cujus rector est D. Michaelis, et est permutatum a D. Cornelio Marcx phonasco Buscoducensi pro prebenda in Turnhout, sub onere duarum missarum, quas celebrat D. Theodorus Lauarts primissarius, qui beneficium habet in arrendam.

Primissarius qui et ludimagister non habet exactam curam scholae et, ut communitas deposuit, saepius frequentat tabernas<sup>40</sup>).

Rectores fabricae et mensae S. Spiritus laudabiliter funguntur officio suo et singulis annis reddunt computum suum.

### Reusel

Reusel 30 julii 1615.

**D. Henricus Fabri** S. Th. Bacc., annorum 33, ab annis 8 pastor, habet quadringentos communicantes, qui omnes in Paschate communicarunt, uno excepto Adriano sartore, qui suspectus de haeresi non communicavit. Nullos habet adulteros aut concubinos notorios.

Patrona ecclesiae diva virgo Maria. Collator ecclesiae D. abbas Floreffiensis. Est beneficium divae virg. Mariae unitum pastoratui per Rev.mum D. Masium sub onere unius missae. Est et alterum S. Antonii sub onere duarum missarum, cujus rector est Lauren-

tius Cornelii Leppers, philosophiae studiosus Duacensis; pastor celebrat unam tantum missam. Est et 3um Mariae Zae fundationis sub onere 4 missarum vel 3, uti probatur ex fundatione, cujus rector D. Paulus Florentii, pastor prope Tongerlo; curat solum unam celebrari per pastorem.

Dicit magistrus fabricae et S. Spiritus laudabiliter praestare officium suum et reddere computum. Dicit ludimagistrum in ecclesia quidem satisfacere officio suo, secus tamen in schola.

Nullum habet primissarium, exigeret tamen communitas unum. Dicit praeterea beneficium esse matriculariae, cujus rector est D. Franciscus Wynandi Hollander, primissarius Mierde Superioris; requirit personalem redidentiam <sup>41</sup>).

Rogat quatenus D. provisor Postulanus <sup>42</sup>) repararet chorum, ad cujus reparationem putat illum teneri <sup>43</sup>).

Hulsel 10 julii 1615

**D. Johannes Bunen** 70 annorum, a triginta annis pastor. Collator curae pastoralis Rev. abbas S. Trudonis. Patronus ecclesiae S. Clemens, papa et martyr. Habet ducentos quinquaginta communicantes, qui omnes in Paschate communicarunt; nec habet ullos haereticos, adulteros aut concubinariorum.

Est beneficium in altari B. Mariae, cujus rector est mag. Henricus Fabri, pastor in Ruesel, sub onere unius missae, quam celebrat ipse deponens.

Habet pastor medietatem decimarum cum D. abbate <sup>44</sup>). Nec habet primissarium. Ludimagister tamen, Franciscus de Antverpia, satisfacit officio suo, cui addit communitas pro scholae onere quinquaginta florenos. Rectores fabricae et mensae S. Spiritus laudabiliter satisfaciunt officio suo et singulis annis reddunt computum.

Ordinatum D. pastori, ut ante festum Nativitatis habeat pro stanneo calice argenteum, quod in se recepit.

Hogemierde

Actum in Hoogh Mierde die 30 julii 1615.

**D. Jordanus Puerorum [der Kinderen]** ex patria Leodiensi, religiosus professus in Averbodio, annos natus 40 et pastor hujus loci annis 15. Dicit se habere trecentos circiter communicantes et omnes facere officium praeter Henricum Papen Antverpiensem, qui sepe vadit in Hollandiam.

Item dicit se habere sacellanum, qui simul sit custos et ludimagister, D. Franciscus Henrici ex Reüsel oriundus, quem dicit bene facere officium, prout etiam faciunt rectores fabricae, sed prefectos mensae Spiritus Sancti esse tardiores et esse adhuc quinque aut sex computus reddendos; et mensam Spiritus Sancti habere annue nonaginta circiter florenos.

Dicit hic esse fundatum officium ecclesiasticum a canonico Lovaniense quinquaginta florenorum annue, quod nunc applicatur ad sustentationem sacellani.

Non habent calicem nisi stanneum, sed incepterunt aliquid colligere, et ordinavimus ipsi ut calicem argenteum habeat ante Natalem Domini, eidem prohibentes celebrare calice stanneo post Natalem Domini.

Dicit esse duas capellanas dicatas B. Virgini, quarum una est incorporata pastoratui onere trium missarum hebdomadali; alteram vero capellaniam spectare ad jus patronatus Marcelli Guilielmi, incolae hujus pagi, cujus fructus sunt triginta tres floreni et celebrat loco capellani hujus sacellanus hujus loci.

D. Franciscus Hollanders, annos natus 34 et ab uno anno sacerdos et hic residens, <sup>45)</sup> celebrat hebdomadatim tres missas, duas pro parochia et unam pro Marcello. Nescit autem quis sit possessor beneficii, putat esse possessorem D. Bommelroy, capellanum in Loon op Sandt.

Ordinavimus dicto pastori ut habeat tres amictus et duas albas, quod se facturum promisit, dicens preparatam esse telam.

#### Netersel

Neterzeel 31 julii 1615 [ecclesia] reconciliata.

**D. Paulus Colen** annorum 38, ab annis octo pastor. S. Brigitta patrona. Pastor in Bladel habet decimas et confert pastoratum.

Habet centum quinquaginta communicantes, qui omnes in Paschate communicarunt; nullos habet adulteros et concubinos.

Est beneficium sub invocatione S. Brigittae patronae, cujus rector ipse deponens et confertur per Principem <sup>46)</sup>, sed jure devoluto deponenti collatum per Rev.mum Masium sub onere unius missae.

Magistri S. Spiritus et fabricae laudabiliter funguntur officio suo et computum singulis annis reddunt coram pastore in Bladel. Ludimagister satisfacit officio suo; nec habet querelam adversus eum.

Habet 14 modios siliginis pro competentia sua cum beneficio B. Mariae in Bladel. Pastor non habet librum, in quo scribat nomina contrahentium matrimonia, nec in libro baptisatorum addit nomen matris.

In Arendonck 12 sept. 1615.

**D. Petrus Rysingius** S. Th. Bac., annorum 29, ab annis 5 pastor. Diva virgo Maria patrona ecclesiae et ejus collator Rev. abbas Floreffiensis. D. provisor Postulanus habet duas tertias decimarum, tertiam habet D. pastor.

Habet 800 communicantes, qui omnes communicarunt, exceptis decem: Antonio Reynen cum uxore, quae nuper in fide scandalum publicum fecit in convivio; Petro Weyts cum uxore, quae consimiliter peccavit, ejusque matre<sup>47)</sup>; Theodoro de Wever cum uxore; Arnolde Henrici alias Compen; Sebastiano Artssen, Sampsona Theussen et Johanne Tuelen<sup>48)</sup>, qui omnes manifeste sunt haeretici.

Quoad beneficia in ecclesia fundata refert se ad rescriptionem. Magistri S. Spiritus et magistri fabricae reddunt singulis annis legalem computum.

Capellanus et ludimagister suis officiis non desunt.

St. Michiels Gestel

In Gestel S. Michaelis 28 octobris 1615. Ecclesia reconciliata.

**D. Henricus Doolvoet** annorum 40 aut circiter, ab annis sexdecim pastor. Patronus ecclesiae S. Michael. Collator ecclesiae comes Henricus de Bergis. Habet 700 communicantes, inter quos domicellus Coenen cum duabus filiis non communicavit, uti nec filius cum uxore et familia. Reliqui communicarunt. Est Wilhelmus ab Asten, qui cum Catharina Spierinx vivit in adulterio. Nullos habet concubinos quod sciat. Est quidam textor, Arnoldus die wever communiter dictus, de quo spargitur fama quod vivat in concubinato cum ancilla sua<sup>49)</sup>.

Est beneficium sub titulo B. Mariae, cujus rector D. Elderen, canonicus Leodiensis, sub onere duarum missarum, quas celebrat primissarius. Est et aliud officium in eodem altari sub onere missae sabbatmalis, quam celebrat capellanus. Est et aliud beneficium S. Catharinae, cujus rector est filius forestarii comitis Hermanni [v. d. Berg]; valet 60 fl. sub onere duarum missarum, quas celebrat primissarius.

Magistri fabricae et mensae S. Spiritus satisfaciunt officio suo.  
D. Aegidius van den Schoot annorum 33, ab annis quatuor vicarius.

De visitatie van het Bossche Kapittel 14—29 dec. 1615 <sup>50</sup>).

In de kapittelvergadering van 14 dec. 1615 maakte Zoesius bekend als gedelegeerde van de Paus het kapittel te willen visiteren. Terstond verklaarde de deken namens het kapittel daarin toe te stemmen. Volgende dag nam de bisschop Gerardus Kempen, kapelaan van St. Jan, als scribe aan en nadat deze gezworen had niets van de visitatie, direct noch indirect, te openbaren, begonnen de interrogatoria over het divinum officium, de fundaties enz. <sup>51</sup>)

**D. Joannes Hermans** J.U.L. decanus, annos natus 34, a nobis interrogatus utrum divinum officium fiat bene, dicit desiderare ut inveniantur media, quibus istud officium celebrius fiat, et licet in synodo Mechin. habeatur quod canonici teneantur psallere, tamen providendum esse choro de competenti numero, qui sint astricti, de quo inceptum est agere cum Rev.mo Mmo. Interrogatus utrum canonici nihil amittant, quando ad officium serius compareant, respondit hac in parte servari Conc. Mechliniense licet culpa scriptoris aliquando fiat defectus et multum dependere ab ipsius fide et diligentia illam distributionem; variare autem singulis annis scriptorem, quod non caret incommodo; singuli autem canonici faciunt quod requirit ordo Laetare. Quod autem atinet ad capellanos, illi tenentur ex juramento interesse horis nocturnis et diurnis, sed non solent venire ad ecclesiam nisi quando habent distributiones particulares; reliquo tempore propter tenuitatem suorum beneficiorum querunt alia officia extra ecclesiam. Interrogatus de anniversariis, credit in omissione non esse defectum, sed precipitanter cani, cui incommodo provideretur si cantorum numerus esset auctior et iisdem provisum celebrare anniversaria singulis feriis secundis tertiis et sextis, nisi occurrat festum decanale aut celebre in populo. Absentes autem per scriptorem signantur et non participant in redditibus anniversariorum, quibus venerunt serius vel non intersunt. Et videtur d. deponenti anniversaria celebrari non sine magno labore et incommodo et posse aliqua celebrari per tres lectiones vel reduci.

Interrogatus an satisfiat omnibus foundationibus extra chorum

et primum de missis celebrandis certis horis, dicit quod fundata illa fieri, nisi quod capitulum per negligentiores aliquando eludatur; quoad missas autem inveniri abusus, qua de causa capitulum unum constituit qui hujusmodi fraudibus et abusibus invigilet. Esse autem fundatam missam unam, quae est prima, tempore brumali hora quinta, tempore estivo ad medium quintae, ad quam tenetur d. Joannes Kievits canonicus ratione prebendae suae in altari S. Crucis. Secunda missa fit tempore brumali ad medium sextae, tempore estivo hora quinta, ad quam obligatur d. Antonius Bruyninx archidiaconus ratione prebendae suae. Tertia missa, proportionabiliter ad eam tenetur d. Laurentius Kelders canonicus ratione suae prebendae. Quarta est missa d. Conrardi de Driel<sup>52)</sup>, quae fit in summo altari absolutis Matutinis et Laudibus, et licet sit tenuiter fundata, tamen non omittitur propter murmur populi. Est etiam missa hora undecima, ad quam tenetur d. Henricus a Pascuis, quam propter senium curat fieri per alium sacerdotem.

Credit esse in universum 63 beneficia de gremio chori, sed multa tenuiter fundata, praeter incorporata et suppressa, et illorum onera pertinent ad capitulum et pro mediis solvuntur.

Interrogatus de vita et honestate clericorum, eam esse tolerabilem et non scire particulares defectus.

Interrogatus de domo choralium et Bonorum Infantium dicit non esse notabiles defectus, sed optaret numerum Bonorum Infantium esse majorem<sup>53)</sup> ad ministerium chori, in quo semper est confusio propter competentis numeri defectum. Deinde opus esse directore istorum puerorum sive magistro caeremoniarum, qui chorum dirigat et moneat perfectos puerorum, ut pueri officium faciant.

Quoad temporalia, illa bene administrantur tam quoad bona communia, tam poenoris quam alia.

Dicit ulterius, quod nihil habeat quod dicat et sic se expedit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

D. et mag. **Antonius Bruyninx** S. Th. L., presbiter canonicus et archidiaconus, annorum 76.

Interrogatus de officio divino et foundationibus, dicit sibi iniquum videri quod oneretur missa quotidiana ad medium quintae vel quintam secundum tempus, cum eo intuitu nihil recipiat, sicut nec alii tres canonici recipiunt, qui tenentur ad similes missas horis subsequentibus. Et cum capitulum multas habeat missas quae non dicuntur, putat aliquas posse applicari illis canonicis cum aliqua retributione.

Quod attinet ad officium divinum et psalmodiam, dicit etiam optasse ut officium fiat graviter et distincte secundum utramque synodum Mechlin. cum distinctione dierum et non scit aliud remedium, nisi ut capitulum constituat aliquem qui praesit cantoribus et eos in officio contineat.

De beneficiis dicit esse 60 capellanas et tantum tertiam partem residere; fructus autem beneficiorum absentium dicit partim pertinere ad capitulum, partim ad beneficiatum ex compositione et etiam absentes esse cogendos ad residentiam. Dicit etiam esse incorporata circiter 10 beneficia cum oneribus prebendis.

Dicit impresentiarum non habere causam conquerendi de domibus choralium et Bonorum Infantium. Optaret fieri rationem bonorum pauperum, quae sunt sub cura capituli, omni anno et distribui non solum pannus sed etiam haleces.

Interrogatus de anniversariis, dicit esse multa anniversaria tenuiter fundata et illa debere reduci.

Interrogatus de scriptore capituli d. Bieffio, dicit ejus officium requirere quod sit primus et ultimus in choro, in quo est negligens.

Nihil scit de alicujus clerici incontinentia aut scandalosa ebrietate.

Ommino necessarium videtur, ut cantores cogantur officium tractim canere.

Interrogatus de administratione rerum temporalium et penoris, dicit desuper nullam esse querimoniam.

Nominat dnum Kelders, ut praesit hebdomadariis et praesit ceremoniis, quae affixae sunt in choro et in loco capitulari.

Dicit novam tabulam positam in majori altari non esse conformem Scripturae Sacrae et Patribus propter genuflexionem Christi Domini, quae damnatur a doctoribus post Ascensionem Domini, et quod nulla nova imago insolita posset absque approbatione Episcopi poni in ecclesia<sup>54</sup>). Et sic se expedit.

16 dec. **D. Franciscus van Gestel** J.U.L., canonicus, archipresbyter et officialis Buscod., habens unam prebendam ex novem affectis<sup>55</sup>), annos natus 30.

Interrogatus de divino officio dicit omnia esse satis et bene se habere, sed esse aliquos defectus circa hebdomadarios, de quorum dote jam agi ceptum est et videtur sibi, deponenti, commodum fore ut erigatur aliquod aerarium in usum servitorum ecclesiae et deinde eis distribuatur per singulos dies certa portio, ex qua unacum fructibus et missis vivere possunt. Interrogatus utrum onera beneficiorum etiam suppressorum [exonerantur] dicit quod putat

sic et hoc specialiter esse deputatum d. Kelders, ut advigilet ut omnia debite fiant.

Interrogatus de vita et honestate cleri et an sint suspecti de incontinentia, scandalosa ebrietate, omissione horarum vel confessionum, dicit se nihil hujusmodi animadvertisse.

Interrogatus de administratione bonorum et poenoris, dicit curam temporalem esse commissam computatoribus et receptori capituli; computatores autem nunc sunt d. Judocus Vossius, d. Paulus Havens, d. Joannes Kievits et d. Leonardus a Bornberghen canonici, quos putat bene fungi officio.

Interrogatus utrum aliquid sit quod possit nostra auctoritate emendari aut stabilire in melius, dicit pro presenti nihil occurrere. Er sic se expedit.

D. et mag. **Joannes Kievits S.Th.L.**, canonicus graduatus et poenitentiarius, annos natus 40.

Interrogatus de divino officio, dicit non ita honeste pro cathedrali ecclesia fieri et posset provideri augendo numerum et salarium. Et quoad anniversaria, attento quod sint tenuiter fundata, putat esse reducenda ad modum aliarum ecclesiarum cathedralium.

Interrogatus de missis, dicit multas querelas deponi de omissione missarum, sed hoc debere imputari illis, qui accipiunt a capitulo onus dicendarum missarum, cum hactenus receptor capituli pro omnibus missis capitulo incumbentibus exsolverit, prout ex ejus computu patebit. Quoad missam, prout dicitur, prebendae deponentis incumbentem, dicit preter rationem prebendam illam esse gravatam, prout patebit ex sententia lata in causa inter decanum et capitulum et quatuor canonicos, quotidiana missa gravatos, per rev. d. Joannem de Dongen apostolicum commissarium. Praeterea dicit predecessorem suum rev. d. Masium<sup>56</sup>) cum ceteris gravatis proposuisse querelas de gravamine facultati tam theologiae quam jurisprudentiae, qui unanimiter resolverunt gravatos esse exonerandos, prout etiam de facto exoneratum esse d. Leonardum a Bornberghen mediantibus missis illi a capitulo assignatis, offerens pro oportunitate Rev.mo Dmo omnia authentice praesentare.

Interrogatus de vita et moribus cleri et an aliqui sint suspecti de fornicatione aut scandalosa ebrietate, omissione horarum vel confessionum, dicit nullum scire in premissis defectum; optare sese tamen, ut statuta de non visitandis diversoriis et de incedendo in habitu clericali tam in ecclesiis quam extra ecclesiam debite observari.

Interrogatus de administratione rerum temporalium et paenoris,

dicit se non scire aliquem defectum notabilem. Dicit bonum esse si esset major cura summi altaris.

**D. Tielmannus Craen** presb. can. eccl. Buscod. annos natus 63.

Dicit divinum officium satis precipitanter fieri, optaret tamen illud distincte fieri et quod potest adhiberi remedium propter tenuitatem stipendii.

Interrogatus an anniversaria et missae bene exolverentur, dicit multas esse foundationes easque tenues et eas oportere reduci.

Interrogatus de conversatione et moribus cleri, dicit se nihil audivisse de mala conversatione.

Interrogatus de administratione bonorum et poenoris, dicit quod non scit statum poenoris et cuperet clarum singulis annis computum reddi.

Et dicit se nihil habere particulare, de quo potest conqueri. Et sic se expedit.

**D. et mag. Godefridus Vlierdenus** presb. can. Buscod., natus 61 annos.

Interrogatus dicit in genere res capitulares esse bono loco, in particulari pro tempore nihil scit; si quid esset emendandum, habent suos syndicos.

Optaret aliquem ex patribus Societatis Jesu assumi, qui praeficeretur exorcismis. Et sic se expedit.

17 dec. **D. et mag. Judocus Vossius** J.U.L., can. graduatus et eccl. cathedr. cantor, annos natus 54.

Interrogatus de divino officio, dicit quod esset valde utile et commodum augere numerum et stipendium hebdomadariorum, sperans cum Dei gratia ut divinus cultus tunc bene et reverenter, presertim si accedat reductio anniversariorum (quam putat esse necessariam), fiet.

Interrogatus de celebratione missarum, putat in ea non esse defectum, nisi in duabus prioribus quotidianis dicendis certis hora et loco.

Interrogatus de vita et moribus clericorum, dicit non aliquem suspectum de incontinentia, scandalosa ebrietate aut omissione horarum et confessionum. Optaret tamen tolli fabulationes que fiunt tam a clericis quam laicis tempore divinatorum.

De administratione bonorum temporalium et poenoris, dicit se non habere occasionem conquerendi, neque aliquid esse in quo opus sit nostra autoritate ad corrigendum. Et sic se expedit.

D. et mag. **Paulus Havens** presb. can. eccl. Buscod. annorum 37.

Interrogatus de divino officio, dicit satis apparere quod tenuiter fiat, sed posse inveniri remedium per propositionem nuper factam de augendo numerum hebdomadarios et videtur sibi expedire, ut reducantur anniversaria.

Quod attinet ad celebrationem missarum, dicit d. Hogarts<sup>57</sup>) habere curam a capitulo ut fiat debita exoneratio missarum, quibus capitulum oneratur ratione incorporationis<sup>58</sup>), sed timet ne aliqui suscipiant missas plures quam possunt celebrare; praeterea eundem d. Kelders habere curam a capitulo, ut suppositi debite a missis se exonerent.

Interrogatus de honestate et moribus cleri, dicit se non intellexisse aliquem esse suspectum de incontinentia aut scandalosa ebrietate.

Interrogatus de administrationum bonorum ecclesiae, dicit se nullum scire defectum.

Interrogatus an aliquid scit quod esset emendandum aut corrigendum, dicit sibi nihil occurrere. Et sic se expedivit.

D. et mag. **Everardus a Ravenstejn** J.U.L., presb. can. graduatus Buscod. annos natus 42.

Interrogatus de cultu divino, dicit notorios multos esse defectus. Imprimis non esse tolerandum, ut Jordanus Leonardi inserviet missae solemni de Requiem extra chorum et aliis et illum, qui canit missa de Requiem, ut magis tractim officium peragat et majori reverentia. Praeterea ut in celebratione missarum adhibeantur luminaria debita et non parvae particulae [cereorum].

Praeterea optat ut duae processiones solemnes, quae fiunt in novembri in gratiarum actionem ab obsidionibus, auctoritate Rev.mi D., habito consilio cum capitulo et magistratu, reducantur ad unam, quae celebretur dominica proxima festo S.Odae. Praeterea ut in processionibus generalibus quibuscunque clerus, cantores et presertim succentores cappis seu pluvialibus induti absterneant a fabulis et aspectibus rerum externarum.

Optaret praeterea ut designentur certi dies, quibus publice distribuatur Venerabile Sacramentum, nisi necessitas urgeat. Expedire etiam dicit, ut visitentur Hostiae consecratae singulis mensibus. De baptismo optat exprimi nomen et cognomen matris baptisati.

Optaret ut horae cantarentur in simplicibus sicut jam cantatae sunt in duplicibus et medio singulorum versuum servetur pausa notabilis et nunquam incipiatur versus secundus, nisi plene ab-

solutus precedens prior. Item optaret ut cantores musici dum canunt Te Deum, Kyrie eleyson et Magnificat fixe manerent stantes ante librum suum musicum, vel saltem ut pro debilioribus ponerentur ibidem scabella causa quiescendi.

Optat ut fierent distributiones post collectam ultimam et ut distributiones fierent sine risu sed graviter. Optaret etiam ut omnis confabulatio cesset et non sit sermo nisi necessarius ad officium divinum. Preterea optaret ut missae celebrarentur continuo singulis mediis horis ac ut altare summum ac necessaria ornamenta haberentur mundiora quam hactenus.

Optaret visitari statuas et tabulas omnes ecclesiae nostrae et tolli impudicas seu propter nimiam nuditatem scandalosas, ut est statua S. Mariae Egiptiacae et tabula creationis mundi retro sedem episcopalem extra, necnon tabulam extremi iudicii circa altare SS. Crispini et Crispiniani emendari.

Declarat se missas suas celebrasse et aliorum defectus non scire. Putat reducenda esse anniversaria defunctorum et singulis septimanis dicendum esse unum cum 9 lectionibus idque tractim, attente et reverenter, vel bis 3 lectionum anniversaria celebrentur singulis septimanis.

Interrogatus de moribus et vita cleri, non scit de presenti notorium defectum, sed se audire unum atque alterum esse, qui ludunt cum laicis aleis.

Optaret etiam constitui ministros certos, qui inservirent missis.

**D. Leonardus a Bornberghen** presb. can. Buscod. anorum 62

De divino officio dicit non fieri sine defectu, sed esse parvius et posse juvari octo numero hebdomadariorum.

De omissione missarum dicit se non posse de istis respondere, sed esse interrogandum d. Kelders, qui habet curam missarum; se quidem teneri ad missas defunctorum extra chorum pro anniversariis, quas curat exonerari per d. Cornelium Mercx.

De honestate cleri dicit se non notabilem scire defectum.

De administratione bonorum temporalium et poenoris dicit omnia se satis bene habere, addens nihil jam occurrere correctione vel emendatione dignum, saltem alicujus momenti. Et sic se expedivit.

18 dec. D. et mag. **Joannes Boijen** S.Th.L. presb. can. graduatus eccl. Buscod. annos natus 44.

Interrogatus de officio divino, dicit quod chorus sit satis debilis et non posse adhiberi remedium, nisi auctis distributionibus et numero et opus esse reductione anniversariorum.

Dicit etiam nimis tenuiter esse fundatas missas et opus esse reductione, ut missae possent bene celebrari.

Interrogatus de vita et honestate cleri, an non sit aliquis suspectus de incontinentia, ebrietate et omissione horarum, dicit se neminem scire.

Interrogatus de administratione rerum ecclesiae, dicit se non habere causam conquerendi, per quae se expedivit.

**D. Daniel ab Emmerick** presb. can. Buscod. annos natus 53.

Interrogatus de officio divino, missis et anniversariis, an omnia debite fiant, dicit anniversaria esse reducenda et tollendos abusos et lascivias puerorum in choro. Non credit omnes missas exonerari sed nescit defectuosos et iudicat bonum esse, ut missae reducantur et ut constituatur magister ceremoniarum.

Interrogatus de honestate cleri et an sint suspecti incontinentia, scandalosa ebrietate vel omissione horarum, dicit se neminem scire et omnia esse quoad administrationem bonorum et poenoris in bono statu. Et sic se expedivit.

**D. et mag. Fredericus Versteech** can Buscod., annos natus 34.

Interrogatus quomodo se habeat cultus divinus, dicit esse defectum in cantu et anniversaria praecipitanter canuntur.

Interrogatus de moribus et vita clericorum, dicit quod in particulari non habeat causam querendi de aliquo.

Et quod attinet ad curam rerum temporalium se ignorare, sed se referre ad statum computatorum et alios qui habent curam. Et sic se expedivit.

19 dec. **D. et mag. Laurentius Kelders** J.U.L. presb. can. Buscod. annorum 38.

Interrogatus de officio divino, dicit necessariam esse aliquam reformationem, presertim circa cantores, ut eorum numerus augeatur et aucto numero canant magis tractim et distincte. Et fuisse ea de re ante aliquos annos conceptum in scriptis aliquid, quod nobis communicabit.

Interrogatus de missis et earum exoneratione tam beneficiorum suppressorum quam aliorum, dicit quod missae suppressorum bene fiant et ab eo assignentur certis personis tam canonicis quam aliis; et esse adhuc aliquas missas non assignatas ob tenuitatem salarii, sacerdotum et fructuum et dicit bene opus esse reductione missarum tam suppressorum quam eorum, quae beneficiati obtinent.

Dicit praebendam suam esse unam ex quatuor illis, quae gra-

vatae sunt quotidiana missa, ad quam tamen putat se non teneri juxta declarationem jurisperitorum, quam nobis exhibebit.

Quod attinet ad anniversaria, opus esse aliqua consideratione in numero, quantitate et qualitate et inspiciendum esse librum anniversariorum.

Interrogatus de honestate cleri, declarat sibi videri omnia fieri tolerabiliter.

De administratione rerum temporalium credit omnia satis bene fieri. Proponit decens fore, ut ornamenta fiant secundum usum Romanum quoad colores; ut ornamenta sint munda et honesta, non scissa, convenientia ecclesiae cathedrali.

Opat capitulum juvari et putat plane esse necessarium, sine quo non potest fieri reformatio alicujus momenti, et hoc per modum distributionum inter praesentes tantum.

**D. Bartholomeus de Bieffe** presb. can. Buscod., annorum 36.

Interrogatus de divino officio, dicit expedire ut aliquae caeremoniae inducantur et ut cantus augeatur mediante salario.

Dicit multos beneficiatos in civitate residentes venire cum pallio et pileo cum vadunt celebraturi, quod est praeter decorum et optaret fieri unionem beneficiorum et reductionem onerum.

Quoad exonerationem missarum dicit melius fieri quam solet. Dicit grave onus esse distributori solvere 108 florenos et si ex mensa vel bursa capituli sumerentur 50 floreni semel, posset distributor si[ne] magno incommodo solvere infra biennium singulis annis medietatem.

Insuper quod reddi deberet computus poenoris, quam dicit intermissum a multis annis. Dicit prefectos poenoris nunc esse d. Danielelem ab Emmerick, d. Laurentium Kelders et d. Petrum van der Schoot canonicos.

Interrogatus de honestate cleri, putat omnia esse honesto loco. Et sic se expedivit.

**D. et mag. Cornelius vande Sterre** S.Th.L., presb. can graduatus, agens annum 35.

Interrogatus de divino officio, dicit satis misere fieri cantum et videtur ipsi augenda esse stipendia et minuenda missarum onera et reducenda anniversaria.

Non credit esse defectum in exonerandis missis et anniversariis, nisi quod cum majori devotione possent celebrari anniversaria.

Monendos etiam esse aliquos sacerdotes ne deinceps celebrent cum particula candelae.

Interrogatus de honestate cleri, dicit se omnes habere bonos

et laudabilis vitae.

Petit moneri uxores fossorum sepulchrorum, ne sternant lectum tempore sacrificii in inferiori choro B. Mariae virg. vel matutino tempore, cum populus ibidem oret; et inquiratur an ibi non cubent cum uxoribus et si fiat provideatur deinceps sub poena privationis. Et videtur ipsi amovendam esse beginam, quae inservit illic missis, cum soleat [servitor] esse sacerdos.

Optaret etiam ceremonias Romanas introduci et tolli omnia missalia alterius usus. Putat etiam ornamenta ecclesiae renovanda et colores ecclesiae exhibendos tempore et loco secundum usum Romanae ecclesiae.

Monendum etiam phonascum putat, ut habeat majorem rationem suorum puerorum, ut cum majori reverentia et modestia maneant, ingrediantur et egrediantur chorum, ne ita excurrant sed expectent finem officii.

Petit etiam quatenus Rev.mus Dmus sua autoritate induceret capitulum, ut scriptores imposterum pensionem 108 fl. solvant non tempore unius et duorum annorum, facta anticipatione dumtaxat 54 fl. ex massa vel poenore capituli vel aliunde. Et sic se expedit.

**D. Joannes Garrii** presb. can. Buscod. annorum 30.

Interrogatus de divino officio, dicit introducendum esse usum duarum candelarum in sacrificio missae et monendos edituos, ut possent haberi bona ornamenta et colores secundum usum Romanum. Corrigenendum esse etiam cantores, ut officium fieret solemnius et tractius.

Putat clerum esse bonae vitae et famae. Optaret onus scriptorum dividi in duos annos. Optat corrigi vestes diaconi et subdiaconi tempore adventus et quadragesimae et amoveri beginam in ministerio sacrificii missae.

Optaret praefectos penuarii reddere computum a multis annis intermissum.

Monendos esse putat eos beneficiatos, qui non veniant ad chorum, nisi tempore distributionis faciendae, ante et post absentes. Et sic se expedit.

20 dec. D. et mag. **Joannis Masius** J.U.L., presb. can. et siglifer, annorum 28.

Interrogatus de officio divino dicit quod suo iudicio non careat aliqua culpa, praecipue quia diebus ferialibus praecipanter canantur horae. Dicit deesse processionalie, unde fit ut praeter cantores pauci canere possunt. Cogitandum etiam de institutione puerorum

choralium et Bonorum Infantium et ut omnes cum bursariis cantant in processionibus et in officio, in quo intersunt.

Quoad anniversaria dicit illa nimis precipitantur cani. Putat reductionem missarum et anniversariorum esse necessariam.

Interrogatus de honestate cleri, dicit se neminem scire suspiciosum de incontinentia, scandalosa ebrietate vel omissione horarum et confessionum.

Optat ut beneficiati horas, quas in ecclesia legunt, in choro legerent.

De administratione bonorum temporalium dicit se nihil.

Et videtur durum quod canonicus scriptor det 108 fl., ; accepto semel mutuo 54 fl. a poenore, posset summa illa solvi singulis bienniis et restitui ex amendis. Et sic se expedivit.

**D. Matthias van Zoerendonck** presb. can. Buscod., agens annum 28.

Interrogatus de officio, optaret fieri cum majori reverentia et devotione. Putat anniversaria et missas fideliter exonerari. Non scit aliquem suspectum de incontinentia, scandalosa ebrietate, omissione horarum aut confessionum. Per haec se expedivit.

**D. et mag. Nicolaus Broechovius** J.U.L., presb. can. Buscod., 27 annorum.

De divino officio dicit monendum esse phonascum et alios hebdomadarios, ut tractim et devote cantant.

Optaret etiam reduci anniversaria et missas.

Dicit se neminem scire suspectum de incontinentia, scandalosa ebrietate, omissione horarum et confessionum.

Interrogatus de administratione bonorum temporalium et poenoris, dicit se non habere querimoniam de administratione, sed peteret singulis annis reddi computum et quod unus solus regat penuarium indecorum videtur. Optat etiam diminui onus scriptoris quoad solutionem 108 fl., quodque scriptor singulis bienniis posset solvere istud onus. Et sic se expedivit.

**D. et mag. Robertus Swertius** S.Th.L., presb. can. eccl. cathedralis plebanus, annorum 46.

Interrogatus imprimis de officio divino, dicit aliquo modo bene fieri, sed posse fieri illud tractius. Dicit se habere simplex beneficium sub onere quatuor missarum.

Interrogatus de moribus et honestate cleri, dicit non audivisse aliquem suspectum esse de incontinentia, scandalosa ebrietate, omissione horarum et confessionum.

Interrogatus quos habeat coadjutores in officio pastorali, dicit

se habere d. Ludovicum Joannis viceplebanum, d. poenitentiarium [J. Kievits], d. Fredericum Versteech, d. Leonardum Plas, d. Florentium Curtium priorem <sup>59)</sup>, d. Judocum Bungeler, d. Arnoldum Godefridi et Gerardum Kempen presbyteros.

Interrogatus de populo, dicit se credere omnes facere officium, exceptis 4 aut 5 personis; quemdam Joannem Diericxen gladiatorem, quemdam balistarium Arnoldum van Thoor sum uxore, vitrarium Adrianum van Dueren, quemdam aurifabrum Christophorum Joannis. Per que se expedivit.

D. et mag. **Ludovicus Joannis** presb., viceplebanus, annorum 27.

Interrogatus de officio divino in choro, dicit hoc ad se non pertinere, se autem esse beneficiatum et ratione benefici sub invocatione S. Wilgeforis, vulgo S. Cumcumeris, teneri ad tria sacra et recipit 5 aut 6 fl. in parvis redditibus et habet domum; se etiam habere multas missas ratione funerum et anniversariorum.

Dicit etiam se nullos [parochianos] scire suspectos qui non communicant in Paschate, neque scit aliquos, qui habitant separatim in conjugio aut suspectos de adulterio.

Conqueritur de tenuitate stipendii missae Vener. Sacramenti, ex qua cum Laudibus quotannis tantum recipit 7 fl. cum 10 stufferis. Dicit quod ex consuetudine teneatur canere 21 missas in altaribus SS. Catharinae et Barbarae et solvi pro singulis 3 stuferos cum medio. Item missas in altari S. Petri et Ursulae, pro quibus tantum 2 stuferos habet. Et sic se expedivit.

29 dec. D. **Leonardus Plas**, presb. beneficiatus annorum 73, mag **Judocus Bungeler**, presb. annorum 32, d. **Arnoldus Godefridi ab Aquisgrano**, presb. annorum 39, beneficiatus et deputatus seu sextarius beneficiatorum ecclesiae cathedr. Buscod., et d. **Joannes Verstrenen**, presb. beneficiatus et sextarius.

Interrogati quare tam pauci ex beneficiatis comparent tempore divini officii, dicunt hoc contingere ob tenuitatem fructuum beneficiorum et quod non sint ordinariae distributiones et quando eae sunt, debent dividi in multa capita, ut singuli parum recipiant.

Declaravimus ipsis quod ex juramento deberent interesse horis divinis diurnis et nocturnis, super quo responderunt extare actam notarialem de interessendo officio divino. Adjecta fuerit ante annos octuaginta [clausula] invitis beneficiatis et clausulam illam fuisse intellectam de illis beneficiis, quae ex fundatione teneantur interesse horis, qualia sunt duae portiones fundatae ad honorem S. Nicolai, B. Mariae superioris et S. Agnetis.

Dicunt etiam quod olim ante annos triginta solent unum ex suo corpore habere beneficiatum, qui cum aliis canonicis regeret penuarium, cujus onus etiam solvunt pro tertia parte, quam tertiam partem etiam solvunt in aliis oneribus capituli, fatentes nihilominus quod in divisionibus lucri provenientis ex cavea recipiant tertiam partem, sed se excludi a distributione tertiae partis domus cellae vinariae, quae ad vitam venditur alicui ex suppositis capituli. Quod attinet ad onera missarum, dicunt confectum esse registrum beneficiorum fructuum et onerum et pro reductione exhibitum fuisse capitulo. Dicunt quod singuli beneficiati vel major pars [debent?] solvere pro rata cujuslibet missae 14 stuferos vel plus minus secundum taxam capituli.

Tot hiertoe het verslag. In het archief van het bisdom berust ook nog een stuk met opschrift „Defectus quos Rev. d. Episc. Buscod. notavit in visitatione ecclesiae cathedralis”, dat betrekking heeft op bovenstaande visitatie (Arch. bisd. A K 1—2).

Aan de kop van het stuk schreef Zoesius: „Copiam istorum articulorum tradidi D. Archiepiscopo Mechliniensi [Matthiae Hovio] et ipse [tradidit eos] d. decano [Buscod.], qui ipsos curavit legi in capitulo 22 oct. 1618”. De in het stuk vervatte artikelen komen ook voor in Zoesius verslag van 1619 over het bisdom, uitgegeven door Dr. Cornelissen in BB IX 149—153, sub 1—24, de twee volgende uitgezonderd.

Primo quod nulla habeatur ratio caeremoniarum et nullus sit, qui earum quaram habeat et exequatur. Unde multa incommoda nascuntur. Sunt qui tempore matutinarum sedentes officium legunt, et eorum antecessor ipse decanus. Tota cura psalmodiae incumbit sex sacerdotibus conductitiis, contra S. Conc. Trid., Conc. Provinciale et bullam incorporationis ecclesiarum parochialium de Roosmael, Nuilant, Dinter, Heesch et Orthen. In aliquibus festis duo ex dictis sex sacerdotibus conductitiis chorum regunt et sic duo tantum manent ad pulpitem pro psalmodia ab utroque latere.

Tres dignitates archidiaconatus, scilicet, archipresbyteratus et poenitentiarum habent primam vocem in capitulo et primum locum in choro, sed denegatur eis praesidentia in capitulo absente decano, et multis aliis in rebus eis praeferunt seniore canonicum in residentia.

## BIJLAGE

Naar aanleiding van het afkeurend oordeel, dat de aartsdiaken Bruynincx over het nieuwe schilderstuk in de St. Janskerk had uitgesproken (zie blz. 104), liet men er een pentekening van maken, die men ter beoordeling aan de universiteit van Leuven zond.

ter beoordeling aan de universiteit van Leuven zond.

De geraadpleegde professoren waren Jacobus Janssonius, Guilielmus Fabricius en Guilielmus Mercerus. Zij vonden het schilderij niet toelaatbaar in een kerk, wijl om twee redenen strijdig met de Schrift en de Vaders. De quintessens van hun betoog is aldus kortelijk weer te geven: 1e. Na zijn verrijzenis hield Christus de de vijf wonden in zijn handen, voeten en zijde, maar overigens was zijn lichaam van alle wonden gezuiverd, geheel verheerlijkt en vol glorie; het schilderstuk echter stelt de verrezen en ten hemel opgeklommen Christus nog voor in zijn lijden, vernedering en schande. (Op de pentekening scheen het lichaam hun toe als geheel overdekt met wonden en kwetsuren). 2e. Op de afbeelding richt Christus zich tot zijn hemelse Vader in geknieldsmekende houding, die een enigszins slaafse dienstbaarheid suggereert, terwijl Hij toch volgens de Schrift gezeten is aan de rechterhand des Vaders ten teken van zijn onveranderlijke macht en majesteit.

Bedoeld schilderstuk was vervaardigd door Abraham Bloemaert (1564—1651) en hangt tegenwoordig aan de zuidmuur der kerk bij de doopkapel. De pentekening (volgens wijlen Dr. X. Smits, een „zeer kostbaar origineel” van de hand van Bloemaert zelf) berust met de afkeurende beoordeling der Leuvense professoren in het archief van het Seminarie te Haaren, nr. 155. Zie de afbeelding er van tegenover blz. 1.

## B Visitaties van Zoesius in 1616 <sup>60)</sup>

### Zeelst

In het voorjaar van 1616 visiteerde hij de kapel van St. Severinus te Zeelst blijkens navolgende acte <sup>61)</sup> :

Cum in visitatione per nos facta capellae S. Severini sub parochia de Zeelst nostrae diocesis deprehenderimus domicellum Richardum de Vlierden <sup>62)</sup> majorem partem ejusdem capellae cum coemiterio occupare <sup>63)</sup>. Isque a nobis evocatus et desuper interrogatus, se hoc facere auctoritate Rev.mi D. Masii pia memoriae, praedesessoris nostri, responderit et inde esse expeditas literas de anno 1604 mensis maii die duodecima; et nihilominus obtulerit dictam capellam cum attinentiis liberam relinquere, dummodo ipsi restituantur expensae, in reparatione necessaria factae juxta literas praefati D. Masii, ad arbitrium operariorum ad hoc deputandorum. Nos praemissis attentis ordinamus promotori nostro <sup>64)</sup>, ut praefata omnia debite insinuet tam moderno dictae capellae possessori quam magistro mensae S. Spiritus in hac civitate [Buscod.], patrono ejusdem laicali, ad desuper respondendum quod ipsis videbitur infra feriam secundam post dominicam in Albis proxime futuram [11 april], et an cupiant ut eadem capella per nos auctoritate apostolica ad ipsam ecclesiam de Zeelst transferatur <sup>65)</sup>. Tunc ulterius ordinaturi prout juris et rationis super hujusmodi oblatione aut translatione dictae capellae ad ipsam ecclesiam parochialem, insequentes sacrum Concil. Tridentinum [sess. 21 cap. 7].

Actum 16 martii 1616.

### Helmond

21 april 1616 visiteerde hij de kerk van Helmond en gaf hij aan de geestelijkheid aldaar deze verordeningen :

Quum in visitatione, a Nobis instituta in oppido Helmont, varias querelas intellexerimus super defectu in celebratione divini officii, Nos omnibus auditis et assistentibus nobis D. Joanne Kievits S.Th.L., canonico graduato nostrae ecclesiae cathedralis, et D. Joanne ab Helmont, per provisionem articulos sequentes concepimus et ordinavimus.

In primis quod attinet ad missas fundatas in dicta ecclesia, dicentur tres missae diebus dominicis : prima hora sexta mane, secunda hora septima et tertia hora octava ; et missa parochialis hora consueta. Prima missa est ad altare S. Annae, 2a ad altare SS. Apostolorum Petri et Pauli, tertia dicetur ad onus altaris S. Annae, quod obtinet filius Johannis in Den Gapart, studiosus in seminario regis Duaci.

Et ad sciendam difficultatem, jam inde a plurimis annis ortam

super traditione vini, panis et luminariorum, concordatum est quod sumptus illi desumentur ex communi massa bonorum communium ad exonerationem pastoris et capellanuorum residentium ac proprias missas dicentium.

Pro missis autem absentium solvent capellani absentes pro luminaribus, vino, pane et ornamentis annue pro qualibet missa tres florenos.

Et quia dicta parochia est admodum frequens et indiget institutione christiana pro ancillis et ministris de consensu pastoris [Corn. Outerus], ad quem collatio beneficiorum in dicta parochia pertinere dignoscitur, omnia beneficia deinceps vacatura suppressimus ad opus massae communis, ut paulatim erigantur quatuor beneficia, quae conferentur actu sacerdotibus et qui in loco residere tenebuntur, idoneis ad catechisandum; quod duo posteriores facient, unus mane post missam, quae circa septimam celebrabitur, et alter post vespas. Et casu quo non resideant et celebrent missas, eo ipso previa unica monitione et per edictum beneficiis suis privabuntur eaque aliis conferentur.

Et interim curabit pastor, ut per D. Servatium [Verbaerschot] catechismus doceatur post missam, quam dicet hora septima, et instet apud praetorem, ut ancillae et ministri cogantur ei interesse, prout ordinatum est edicto Principis. Et a prandio idem officium fieri curabit per suum capellanum et curabit catechismo interesse pueros et puellas, qui institutione egent. D. Servatio pro salario assignamus duas libras grossorum, capellanus autem ex officio pro pastore id praestabit salarium, donec aliunde ei provideri poterit.

Sacerdotes celebraturi sese vestient in vestiario et honeste ac decenter procedent cum bireto in capite ad altare, in quo sunt celebraturi.

Missas absentium, annumerato vino, pane, cera et ornamentis, taxamus ad octodecim florenos, qui recipientur a receptore communis massae, et solventur sacerdotibus quindecim floreni missas actu celebrantibus, inter quos preferentur illi, qui resident diebus, quibus non tenentur ad proprias missas.

Monebit D. pastor aedituos, ut primo quoque tempore curent fieri sedes confessionales cum cancellis juxta ordinationem synodi Mechliniensis, prout se facturos promiserunt; similiter eos moneat, ut perpetuo sit lumen ante Venerabile Sacramentum.

Sacerdotes etiam et custos intersint divinis induti superpelliceis, similiter et ludimagister. Et extra divinum officium sacerdotes incedant habitu sacerdotali.

Quoad anniversaria celebrans habebit quinque stuferos; inte-

ressentes vigiliis juxta synodum Mechliniensem habebunt duos stuferos, unum pro vesperis, alterum pro vigiliis; interessentes sacro et cantantes stuferum cum medio; et canantur duobus diebus in septimana non impeditis, donec et quousque ex computu deprehendetur quousque sese redditus extendant.

In matutinis festorum similiter juxta dictam synodum interessentes habebunt stuferum cum medio. In missa habebunt cum parvis horis interessentes duos stuferos. Ministri, qui cantant evangelium et epistolam, ordinabuntur per vices et habebunt stuferum pro ministerio.

Ut citius perveniri possit ad residentiam beneficiatorum nunc absentium, inquirat diligenter D. pastor una cum receptore fundationes, quarum copias ad nos mittat unacum nominibus rectorum.

Actum Helmondæ 21 aprilis 1616.

Bij gelegenheid der visitaties van 21 april 1616 te Helmond regelde de bisschop-visitorator ook zekere aangelegenheden in de nabijliggende parochiën Beek, Aarle en Rixtel met personen, die hem daarover kwamen raadplegen of door hem ontboden waren.

Zo kwam de bekende scholaster van St. Oedenrode, Jan Jansen van Aarle, bij hem met een rekest der ingezetenen van Beek, die moeilijkheden hadden over de zondagsmis, die omstreeks 1450 door Jan van Beek, rector van het O.L. Vrouwe-altaar te Beek, was gefundeerd <sup>66</sup>).

Hier volgen de acten dienaangaande :

### Beek

Opte requeste gepresenteerd bij Schepenen, Kercmeesteren ende gemeyne nabueren des dorps van Beec.

Gehoort op het inhout van dese requeste Heer Jan van Arle ende gesy(e)n het testament van wijlen heer Jan van Beeck, rector van Onse Lieve Vrouwe-capelle binnen Beeck, hebben wij bij provisie geordinert, datte sondachsmisse int voorscrevene testament geordonert sal gedaen worden bij Heer Jan Matthyssen <sup>67</sup>), aen dewelcke sullen volgen alsoo lang als hij den voorse(i)de dinst ende scole tot Beeck loffelyck bedynen sal, de huy-singe mette toebehoorte daeraen gelegen, mitsgaders een mudde

rogge, by den voorseyde fundateur geordoneert totte voorseyde misse.

Actum tot Helmont, dese 21 april 1616.

### Aarle

Comparens coram nobis D. Joannis Matthysen, capellanus Arlen et residens in Beca, cessit ad opus primae missae in loco dicto d'Arle omnes fructus et proventus ad suum altare ibidem pertinentes cum onere dicendi missas ad suum altare pertinentes, idque tamdiu donec poterit gaudere fructibus et emolumentis missae dominicalis in Beca.

Actum Helmont 21 aprilis 1616.

Authorisamus aedituos et communitatem loci d'Arle, ut fructus et proventus beneficiorum in ecclesia parochiali dicti loci fundatorum arrestent et recipiant donec et quousque beneficiati docuerint de integra exoneratione missarum suorum beneficiorum.

Actum in Helmont 21 aprilis 1616.

### Rixtel

Ordinavimus D. pastori in Rixtel <sup>68</sup>), ut ante festum Pentecostes curet procurari in dicta ecclesia fontes et in iis aquam benedicat in vigilia ejusdem festi. Similiter ut custodiam deserviri faciat per capellanium ibidem commorantem, utque scholam aperiat ac catechiset. Curet etiam computus ecclesiae et mensae S. Spiritus debite reddi ante finem hujus mensis ac novos aedituos et magistros mensae S. Spiritus creari. Preterea curet ut computus fraternitatis S. Margarethae publice fiant, ut factum fuit ante turbas, presente pastore et communitate. Visitet antiquos computus ut sciat quae officia ad onus dictae confraternitatis ante turbas celebrari sint solita.

Actum Helmondæ 21 aprilis 1616.

Bakel (waaronder Milheze en Bruheze).

Dezelfde dag begaf de bisschop zich naar de parochie Bakel ter visitatie :

In Bakel 21 april 1616.

**D. Petrus Heyackers**, annorum 43, ab annis 9 vicarius in Bakel ; habet 800 communicantes ; nullos habet haeresi infectos

aut concubenarios. Sunt duae capellae : [una in] Milheeze, cujus rector D. Paulus Marcelli Sprongen residens, altera in Brouwes<sup>69</sup>), cujus rector D. Johannes d'Aer habitat in parochia de Herpe in patria de Ravensteyn. Pro eo facit officium D. Dionysius Joannis residens in loco. Sunt in ecclesia de Bakel duo beneficia : unum sub invocatione SS. Joannis Bapt. et Antonii, cujus rector, ipse vicarius, habet tres missas ; alterum sub invocatione B. Mariae Virg., cujus rector pastor Gemertanus, D. Albertus Strybos, et dicit incorporatum scholae Gemertanae, sed litigiosum ; nunc collationem factam capellano in Heeswyck ; habet 4 missas, sed non celebrantur per pastorem in Gemert.

Magistri fabricae et S. Spiritus laudabiliter reddunt computum.

### Asten

In Asten 22 aprilis 1616.

**D. Thomas Stricken** annorum 48, pastor ab annis 19 in Asten ; habet mille quingentos communicantes ; nullos habet suspectos de haeresi ; habuit concubinarium cum cognata in 4<sup>o</sup> gradu, migravit in Os, communiter dictus den corten Jan.

Aeditui et magistri fabricae faciunt diligenter officium suum.

Sunt 9 beneficia fundata in ecclesia : 1um Mariae extra chorum, rector est D. Hubertus Henrici, deservitur per eundem ; 2um Georgii, rector D. Philippus, pastor in Meyel, ipsemet celebrat 2 missas ; 3um Antonii et Sebastiani, rector D. Theodoricus de Zeyelberge, pater in Ommel, deservitur per eundem, habet 2 missas ; 4um Barbarae et Catharinae incorporatum matriculariae, rector Wolfgangus Idelet, deservitur per capellanum quoad duas missas ; 5um S. Trinitatis, rector D. Johannes religiosus apud Orsenses Buscoducis, celebratur una missa per Hubertum Henrici ; 6um Andrae, rector est D. Gerardus de Bree, habet 4 missas, est residens ; 7um S. Spiritus habet 4 missas, rector D. Petrus Antonii habitat in Merxem, capellanus celebrat unam missam ; 8um SS. Adriani et Nicolai, rector Petrus Balthazaris studiosus, fit officium 4 missarum per capellanum ; 9um Agathae incorporatum vicariae, rector D. Theodorus Scheepers, fit officium per rectorem.

Patrona ecclesiae S. Maria, collator abbas Florefiensis.

Persona in Asten et Lierop est D. Delrio, decanus Antverpiensis. Requiret majorem ab eo competentiam D. pastor.

## Lierop

In Lierop 23 aprilis 1616.

**D. Petrus Simonis van Eyck** annorum 70, ab annis 39 pastor in Lierop. Habet quingentos communicantes, nullos habet suspectos de haeresi, nullos habet adulteros aut concubinarios.

Aeditui et magistri S. Spiritus reddunt singulis annis legalem computum.

Patronus ecclesiae Nomen Jesu, fuit aliquando S. Willebrordus. Collator curae abbas Floreffiensis; persona personatus est D. Delrio, decanus Antverpiensis <sup>70</sup>). Sunt fundata duo beneficia: 1um B. Mariae in parvo choro, rector filius Laurentii Oyen, studiosus in Herentals, habet 4 missas, celebrat primissarius tres; alterum est sub invocatione Crucis, rector est D. Petrus Vlemincx, capellanus in Leend, habet 2 missas, pastor pro eo celebrat unam. Primissarius est D. Henricus Alberti, qui intertenetur a confraternitatibus Antonii et B. Mariae et Annae, qui et ludimagister est et satisfacit officio suo.

Est et capella sub invocatione S. Antonii in loco dicto Heersel, rector est D. Theodorus Henrici, commorans in Loon [Overloon] sub Ruremundensi diocesi; habet 2 missas, celebrat primissarius.

## Someren

In Someren 23 aprilis 1616.

**D. Franciscus a Fine**, Lieropius, annorum 27, Bac. S.Th., ab anno aut circiter pastor; habet mille ducentos communicantes aut circiter, nullos habet suspectos de haeresi, habet concubinarium nomine Jacobum Flincke, qui cohabitavit filiae suae spirituali ex confirmatione, non communicavit hoc Paschate. Aeditui et magistri S. Spiritus faciunt officium suum.

Sunt officia et beneficia fundata in ecclesia: 1um Annae, rector D. Franciscus Caspari residet et deservit ecclesiae Sterkelensi; 2um Crucis, rector D. Rutgerus est residens, promovendus ad sacerdotium in Pentecoste; 3um Mariae, rector D. Joannes van den Zeylberghe residet <sup>71</sup>); 4um S. Spiritus, rector D. Franciscus van den Berckvenne residet; 5um S. Jacobi, rector M[ag.] Joannes Varcel[lensis] absens, capellanus in Weert, futurus pastor in Maerheze; celebrat pro eo unam missam D. Joannes van den Zeylberge; 6um Catharinae, rector D. Henricus, pater in Achelen patriae Leodiensis, non fit officium; 7um Antonii, rector D. Theo-

dorus Astensis, capellanus in Asten, aliquando per se celebrat ; 8um Crucis et 11 millium Virginum, rector D. Marcellus in Heze, D. Joannes van den Zeylberge celebrat unam missam.

Matriculariam habet Petrus Antonii, contra quem pastor nullam habet querelam. Nulla jam schola, quam pastor cum communitate rogarent restitui.

Est sacellum, dictum Opstal, cujus rector D. Franciscus van den Berkvenne.

Patronus ecclesiae S. Lambertus, collator est abbas Floreffiensis.

Deurne en Vlierden.

In Dorne 24 aprilis 1616.

**D. Antonius Roymans**, annorum 33, ab annis 4 pastor et in Bakel ; habet in Dorne 1600 communicantes ; habet unam [parochianam] ex Hollandia, uxorem domicelli Everardi de Dorne. Est dominus de Dorne, qui concubinam habet, ex qua habet duas proles.

Patronus ecclesiae est S. Willibrordus. Abbas Epternacensis et commendator provincialis Trajectensis contendunt de collatione.

Sunt 5 beneficia in ecclesia : 1um altare B. Mariae Virg., rector est domicellus Boshuysen, deservit pro eo D. Cornelius Francisci, habet 3 missas, celebrantur duae ; 2um altare B. apostolorum Petri et Pauli, rector est D. Petrus Boschmans, residens est, habet 2 missas, quae fiunt ; 3um Crucis, rector D. Joannes pastor in Brey prope Venloam, habet 4 missas, celebrat 2 D. Cornelius ; 4um Catharinae, rector D. Wilhelmus de Brey, est residens ; 5um Sebastiani et Antonii, rector Arnoldus <sup>72)</sup> Pottlen ordinis Teutonici, habet 2 missas, celebrat D. Petrus Boschmans.

Est et beneficium novae foundationis B. Mariae, rector est D. Petrus, vicarius in Bakel, habet 3 missas, celebrat unam per D. Paulum in Bakel, alterum per se. Est et officium Laurentii in Rysselberch sub onere 7 missarum, rector D. Petrus Boschmans <sup>73)</sup>.

Est officium sub onere unius missae, quod habet pastor. Est et aliud sub onere unius missae, [quod] etiam habet pastor. Est et aliud sub onere etiam unius missae, quod habet D. Petrus Boschmans.

Aeditui et magistri fabricae reddunt singulis annis legalem computum. Ludimagister etiam facit officium suum, qui est deservitor pro Joanne Pauli, studioso Buscoducensi.

Rector D. Johannes Walteri capellae in Vlierden ; concionatur

et dubitatur de admissione. Collatrix capellae abbatissa de Bynderen.

Est et capellae S. Antonii [in] Velthoevel, rector est D. Lambertus ordinis Teutonici; deservit D. Cornelius Francisci et celebrat 1 missam et dicitur habere 2.

#### Geldrop.

In Geldrop 27 april 1616.

**D. Adamus Weymsius** ordinis Teutonicorum annorum 70, ab annis 35 pastor, habet 900 communicantes, qui omnes communicarunt; nullos, quod sciat, habet concubinarios aut adulteros.

Patronae ecclesiae diva Virgo et S. Brigida. Rescriptionem beneficiorum et officiorum in ecclesia fundatorum misit ante octo dies ad secretarium [episcopi]. Aeditui et magistri fabricae singulis annis reddunt legalem computum. Diversi habent decimas et sic reparatio [ecclesiae] relinquatur communitati.

Ludimagister satisfacit officio suo.

#### Nuenen.

In Nuenen 27 aprilis 1616.

Het verslag dezer visitatie hebben wij gepubliceerd in ons *Memoriaal der dorpen en parochies Gerwen, Nuenen en Nederwetten* blz. 297; 298 <sup>74</sup>).

#### Gerwen.

In Gerwen 27 aprilis 1616.

Zie vermeld *Memoriaal* blz. 269.

#### Lieshout.

In Lieshout 28 april 1616.

**fr. Petrus de Weyer**, religiosus canonicus monasterii Heylichsem, nomine abbatis Floreffiensis, annorum 38, ab annis septem pastor <sup>75</sup>). Habet 500 communicantes. Non communicavit Tilmannus Gaspari Hetzroy, uti nec Johannes Rodolphi. Non habet adulteros aut concubinarios.

Est beneficium B. Mariae virg., rector D. Gasparus Gerardi, residens et custos, qui satisfacit officio suo. Est et beneficium sub invocatione S. Barbarae, rector D. Johannes Kessels, habitans in patria de Ravensteyn, quondam pastor in Gerwen; deservit pro eo D. pastor in Gerwen; habet 2 missas. Est et capella S. Antonii, sed non est fundatum beneficium; sed curat communitas singulis diebus dominicis celebrari sacrum.

Aeditui et magistri S. Spiritus reddunt singulis annis legalem computum. D. pastor conqueritur de competentia, quam optaret augeri. Micae fundatae <sup>76)</sup>, interim paucae et parvae, ad onus abbatis Floreffiensis, jam distribuuntur extraneis <sup>77)</sup>; intraneis distribuuntur... <sup>78)</sup> mensurae.

#### Beek en Donk.

Iets lager staat onder bovenstaand verslag aangetekend :

Pastor in Beeck prope Aerle D. Gerardus [Michaelis].

D. Johannes Eyndhouts capellanus in Donck <sup>79)</sup>.

D. Jacobus Petri, capellanus [in Beek] <sup>80)</sup>.

D. Johannes Millens et custos [in Beek].

#### Erp.

In Erp 28 april 1616.

Het relaas van deze visitatie vindt men woordelijk vertaald in *Dr. A. Meuwese, Erp, gemeente en parochie* (1955) blz. 47, de aantekening betreffende de kapel op Boerdonk blz. 55 <sup>81)</sup>.

In Mierlo op Het Apostelhuis 23 aug. 1616.

In dorso van het stuk betreffende de visitatie van Helmond op 21 april 1616 (zie blz. 116-118) staat aangetekend :

MDCXVI die 23 mensis augusti ego Nicolaus episcopus Buscoducensis consecravi altare hoc in honorem S. Wilhelmi <sup>82)</sup> et reliquias II millium virginum in eo inclusi et singulis Christifidelibus hodie unum annum et in die anniversario consecrationis hujusmodi ipsum visitantibus 40 dies de vera indulgentia in sancta ecclesia consueta concessi.

In capella Apostolorum juxta Helmondam <sup>83)</sup>.

Te Aarle in de L. Vrouwekapel 24 aug. 1616.

In dorso van even vermeld stuk schreef Zoesius ook nog deze aantekening :

Ipso die S. Bartholomaei 1616 consecravi capellam in Aarle in honorem S. Mariae, unacum tribus altaribus <sup>84</sup>).

Datzelfde jaar bezocht hij nog één parochie in het dekenaat Oss, die van Geffen :

In Geffen 5 sept. 1616.

**D. Gerardus van Amstel** Bac. S.Th. annorum 33, ab annis 8 pastor in Geffen, habet 500 communicantes. Nullos concubinariorum aut adulteros habet, omnesque in Paschate communicarunt.

Est beneficium S. Mariae, quod valet 150 fl. circiter, cujus rector est filius Henrici Rutgeri scriniarii ; tenetur ad duo sacra in septimana ; deservit D. pastor ; rector non vult communicare fundationem ; collator beneficii domicellus Heym.

Est et aliud beneficium Dymphnae et Nicolai, cujus rector D. Cherubinus Anchises, beneficiatus in Buscoducis, tenetur ad duas missas ad minimum ; curat unum celebrari per pastorem.

Est et tertium, dictum Mariae sub Sole, cujus rector D. Gisbertus Grinsven, capellanus in Gestel S. Michaelis, tenetur ex testamento ad 3 missas ; celebrari curat unam per D. pastorem.

Est et quartum S. Georgii, cujus rector ignoratur, tamen bona per rusticos possideri putantur.

Est et quintum Crucis incorporatum curae pastoralis ; nescitur quae onera habeat.

Habet unum magistrum S. Spiritus, qui a 3 annis non reddidit computum. Domicella de Geffen <sup>85</sup>) quasi sua reputat bona S. Spiritus. Aeditui bene funguntur officio suo.

### C Visitaties van 1617 in het dekenaat Oss.

De eerste der parochie-visitaties, die ons van Zoesius uit 1617 bekend zijn, begon hij op 15 juli in het graafschap Megen <sup>86</sup>), dat met zijn vier parochies Megen, Haren, Macharen en Teeffelen door de Bossche Synode van 1571 onder het dekenaat Oss was ingedeeld.

De langdurige geschillen over de geestelijk jurisdictie in het graafschap zijn bekend. Hoewel zijn vier genoemde parochies bij de oprichting der nieuwe bisdommen bij het bisdom 's-Hertogenbosch waren gevoegd, beweerden de graven van Megen, dat zij, evenals vroeger, tot het bisdom Luik bleven behoren, voorgevende dat de nieuwe bisdommen alleen in de patrimoniale landen van de Koning van Spanje zouden opgericht zijn en het graafschap Megen daarbuiten lag. De hierover ontstane geschillen waren oorzaak, dat het Sonnius en Metsius niet mogelijk was geweest de katholieke reformatie in het graafschap door te voeren, zodat bisschop Masius, toen hij in 1613 door de toenmalige graaf Frans Hendrik van Croy, baron van Northumber, geroepen werd om er het Vormsel te komen toedienen en er enkele ontwijde altaren te consacreran, twee van de vier pastoors, nl. Henricus Gerits te Haren en Johannes Hanconius te Megen, als concubinariërs aantrof.

Zoesius was nog maar enkele weken aan het bestuur van het bisdom, of het gelukte hem de pastoor van Haren door de drossaard van Megen te doen gevangen nemen, voor het geestelijk gerechtshof in Den Bosch te doen verschijnen, hem op 20 juni 1615 als pastoor af te zetten en daarna een ander in zijn plaats te stellen zonder daarbij, naar het schijnt, enige moeilijkheid te ondervinden. Toen hij ook de pastoor van Megen voor zijn gerechtshof citeerde, ontmoette hij echter groot verzet bij de magistraat van het stadje. Geen ander middel ziende om zijn doel te bereiken, begon hij een proces voor de Raad van Brabant. Als Hanconius tijdens het proces in 1616 kwam te overlijden, trad de bisschop in onderhandeling met genoemde graaf F. H. van Croy en kwam met hem tot een voorlopige, nog niet definitieve, minnelijke schikking, die na de dood van de graaf (in datzelfde jaar 1616 te Brussel gestorven) door de gravin-weduwe Honorine van Wittthem (eerder weduwe van Gerard van Horne, baron van Boxtel) op 12 maart 1617 bekrachtigd werd. De oude grafelijke rechten bleven gehandhaafd en de bisschop van 's-Hertogenbosch werd ook als bisschop van het graafschap erkend.

.. Nu het zo ver was, wachtte Zoesius niet lang met zijn bisschoppelijk gezag metterdaad in het graafschap te gaan uitoefenen.

15—23 juli 1617 in Megen.

Vergezeld van zijn penitentiarius J. Kievits en pater Mattheus Hesius S.Th.L., een der Bossche predikheren, begaf hij zich op 15 juli 1617 naar Megen. Hij werd door de regering van het stadje bij monde van de secretaris welkom geheten en bleef in Megen tot 23 juli. Zelf heeft hij over zijn ontvangst en verblijf aldaar het volgende aangetekend :

Ad stabiliendam autem possessionem mihi et successoribus nostris oppidum Meganum accessi una cum D. Joanne Kievits, canonico ac poenitentiario nostro, et P. Mattheo Hesio Ord. S. Domini conventus Buscod. Lic. S. Theol. 15 julii 1617. Sequenti die scabini cum secretario mihi congratulati sunt, dicente secretario gratissimum meum esse adventum, sopita difficultate, que erat inter Comitem et Episcopum super jurisdictione. 16a mensis administravi Sacramentum Confirmationis in ecclesia S. Spiritus, qua nunc utuntur, ecclesia parochiali plane diruta.

Collatio pastoratus spectat ad Comitem Meganum, ut et altaria S. Mariæ, S. Crucis S. Georgii et S. Spiritus. Pastor modernus est D. Cornelius Bex Helmondanus, qui est boni nominis et famæ, cum quo agere non potui, quod Helmondæ periculose decumberet.

D. Laurentius Lishouit est capellanus, sed ejus conversatio non satis placet, quod sit ebriosus et tabernarum frequentator. De possessoribus aliorum beneficiorum est inquirendum. [Collatio altaris] S. Spiritus videtur esse penes pastorem, Georgii penes filium receptoris <sup>87</sup>), de quibus agendum cum pastore.

Mansi in Meghen usque ad 23 julii, si forte ex locis vicinis aliquis cuperet uti mea opera vel confirmari.

Feria 2, 17 julii, fui in Berchem; ibi multos confirmavi, ecclesia prius reconciliata, quæ satis bene ornatur; altaria adhuc sunt consecranda. Habent pastorem satis bonum et gratum, capellanus vero virum senem D. Petrum. Plane videtur ecclesia separanda ab ecclesia parochiali in Oss.

Feria 3 fui in Heese, ubi altaria sunt reconcilianda; nullus est prmissarius; capellanus in Oss habet altare in Heese, sed tenetur ad missam die martis.

Lustravi etiam ecclesiam in Nistelroy; pastor decumbit; sunt duo sacella infra parochiam; D. Commendator in Ghemert est patronus.

Feria 4 mansi in Meghen et ibi aliquos confirmavi <sup>88</sup>).

De verdere visitaties in het dekenaat Oss.

Die 20 julii 1617 in Haren prope Meghen.

**D. Christianus ab Houthem**, ab annis duobus pastor ex colatione D. Commendatoris Provincialis de Huyn, dicit sese 125 habere communicantes; nullos habet suspectos; unum nomine Joannes Vos, qui dicit se communicare in Paschate in Veen; nullos habet adulteros aut concubenarios.

Unum est beneficium in ecclesia sub titulo S. Crucis, cujus rector D. Nicolaus ab Oyen, residens Coloniae, pater monasterii ibidem; habet duas missas, quas celebrat D. pastor; alterum est sub titulo B. Mariae, cujus rector D. Eymericus ab Hees residens Buscoducis, etiam sub onere duarum missarum; collator D. comes de Meghen; celebrat D. pastor has missas. Dicit quod Godefridus Godefridi multis annis receperit fructus beneficii S. Crucis et nullo titulo; ei ordinatum ut aliqua ornamenta eorum loco daret altari.

Nota quod dictus pastor amet pocula et post pocula videtur parum idoneus vel representare pastorem, et ancillam etiam videtur habere imperiosam.

Sub hac parochia est conventus de Bethlem tertii ordinis S. Francisci, quod olim incorporatum fuisse conventui Marienschoot ejusdem ordinis in oppido de Grave anno 1589, sed nos eam [incorporationem] impugnamus, ab episcopo Leodiensi factam, qui nullam haberet potestatem, cum dicta ecclesia parochialis cum multis aliis jam diu ante facta fuerit diocesis nostrae. Et dictae religiosae nobis tradiderunt litteras, nihil amplius juris ex dicta unione praetendentes.

Hieronder schreef Zoesius :

Dixit mihi dictus pastor in Haren hac 1 martii 1618, quod colonus agrorum monasterii dicti loci amputaverit valde multas arbores hac hyeme, siccas et etiam virides. <sup>89</sup>).

Die 23 julii 1617 in Oss.

**D. Mattheus Lamberti Ossensis**, presbyter promotus ad sacerdotium a Rev.mo Masio, etiam ab eodem admissus ad audientias confessiones. Habet beneficium in Hees, oneratum una missa

sub titulo S. Catharinae, hic in Oss sub titulo S. Agathae sub onere duarum missarum.

Inhibuit eidem Rev. mus D., ne posthac excipiat confessiones. Videtur satis rudis in dicendo officium missae secundum caeremonias ecclesiae Romanae.

**D. Henricus Joannis Gemertanus**, cappellanus in Os, habet 4 beneficia et unum officium: 1um Nicolai, 2um Georgii, 3um Barbarae, 4um Annae, officium sub titulo Antonii, ex quibus omnibus declarat sese non recipere ducentos florenos et obligari ad quotidianam missam et [ad] deservendum D. pastori. Salvo quod D. pastor singulis annis solvet illi triginta sex florenos, quibus mediantibus serviet D. pastori ad omnes casus et emet sibi Viguerium, Polancum <sup>90)</sup> et Toletum de casibus <sup>91)</sup>.

**D. Josephus Gemertanus**, pastor in Oss, praeter illa beneficia, quae habet D. Henricus et Mattheus Lamberti ac D. Petrus, qui habet beneficium sub titulo S. Andrae, dicit adhuc esse in eadem ecclesia tres portiones, fundatas a quodam laico, et patronus laicus est quidam Joannes de Oss, forestarius in Loon prope Graviam. Unam portionem habet Rodolphus, filius fratris collatoris; quae prima est sub onere duarum missarum; celebrat D. pastor unam et altera non celebratur. 2am portionem habet Reinerus de Oss, filius Nicolai Pol sub onere 2 missarum; celebrat D. Matthias unam, altera non celebratur. 3am portionem habet Gisbertus, famulus plebani Buscoduc. Swertii, sub onere 2 missarum; celebrat pastor unam, altera non celebratur. Est et beneficium S. Joannis; rector est quidam commorans Goudae, cujus procurator est Joannes Marcellis, sub onere 2 missarum; D. Henricus celebrat unam, altera non celebratur. Est et officium S. Briae <sup>92)</sup>, quod vacat. Est et B. Mariae, pastoratui cum onere 2 missarum subjectum, cujus rector filius forestarii in Erp; collator aut patronus Godefridus de Erp; debet subservire pastori et tenetur esse sacerdos; petatur a D. Petro, capellano in Berchem.

Facta remonstracione pastori quod ratione pastoratus sit obligatus ad multa sacra et propterea alia debeat amittere et non in se recipere.

Depost declaravit D. pastor, quod a quinque annis magistri S. Spiritus non reddiderint computum et valeat mensa S. Spiritus mille florenos.

24 julii 1617 in Litthoyen.

**D. Nicolaus Havens** pastor in Littoyen, religiosus abbatiae Bernensis, annorum 37, ab annis 5 pastor, antea pastor in Vlijmen.

S. Remigius patronus ecclesiae.

Tria sunt beneficia in ecclesia fundata : unum S. Nicolai sub onere unius missae, [2um] S. Crucis sub onere unius missae in hebdomada unacum missa matutinali diebus dominicis, 3um B. Mariae et Annae sub onere 2 missarum in hebdomada, quorum trium rector est pastor in Lith D. Henricus Smits Oirschotanus. Valent bene centum florenos.

Collator olim abbas S. Remigii in Francia, nunc abbas Bernensis. Habet 200 communicantes. Habet villicum conventus S. Gertrudis in Buscoducensis, qui est maxime partialis, alter est Gerlacus Folarts. Sunt adhuc duo — unus miles — cum concubina ; contraxerunt sponsalia in Voorden, etiam vellent separari, non communicant in Paschate.

Habent ludimagistrum non receptum a communitate, tamen interim docet per provisionem. Habent mensam S. Spiritus ; reddunt computus, sed aliquando differunt ad duos annos, ex eo quod sumpserunt nuntium ab Ecclesia, quod [bona] converterunt in onera communitatis.

Pastor dicit se invenire in antiquis rescriptionibus, quod habeat pastorum sub onere 4 missarum in hebdomada, unacum missa dominicali. Quaerit utrum teneatur ad quinque vel quatuor. Pastor in Lith, qui est rector 3 beneficiorum, nunquam celebrat in Littoyen <sup>93</sup>).

Interrogatus, cum sit religiosus non gerat vestem religionis, dicit quod hic in Littoyen esset novum.

Invenimus ecclesiam plane dirutam tempore belli et sacellum reparatum cum altari portatili. Cemiterium plane apertum est et tectum ecclesiae ex tegulis fictilibus.

Declaravit nobis idem D. Pastor, quod ob praesentem statum monasterii sui fundum domus pastoralis, quam inhabitat, curavit in emptione facta supportari ad commodum D. Jacobi Vercuylen, scabini hujus oppidi, fratris Rev. abbatis Bernensis, cum tamen ipse pastor praetium fundi et sumptum aedificationis partim solverit, partim soluturus sit.

Convocavimus etiam scabinos, aedituos et magistros S. Spiritus iisque proposuimus, ut tectum ecclesiae inceptae tegulis, vulgo scalye, tegerent propter incommoditatem venti et humiditatis, et ut cingerent coemiterium muro vel sepe, et ut cogitarent de primissario et ludimagistro habendo, praesertim cum ad eorum libitum hactenus bona ecclesiae expensa sint. Super quo responderunt se non putare esse aliquid expensum, immo plus expendisse quam ex parte ecclesiae vel pauperum receperint, considerato onere reparationis aggerum, necnon contributionum, ad quae bo-

na pauperum tenentur. Libenter nihilominus contributuros esse tertiam partem, alteram desumi posse ex mensa S. Spiritus, tertiam partem ex bonis pastoris. Ulteriore vero reparationem ecclesiae facturos, finito processu contra praepositum Marsensem<sup>94</sup>), pro contributione facienda ad dictam reparationem.

Invenimus in parte ecclesiae reparata unum altare non reparatum.

Schrijven van Joh. Gijsberts, pastoor van Maren en Kessel en deken van het district Oss, gericht aan de bisschop <sup>95</sup>) bij zijn bezoek aan Lith op 25 juli 1617 :

Praemissa humili salutatione.

Rev.me Domine.

Hoc die invitatus a pastore in Lith venissem, sed officio nostro finito, ultra aquas abducor ad aegrotos. Rogo itaque excusatum me habeat hospes, nec mihi quaeso indignetur Rev.mus D. quod hac vice obsequii nihil obtulerim, jam dudum spero vidit meum posse, vestrum velle. Caeterum in visitatione vestra Maeslandica aliquid pro Lith breviter calamo occurrit significandum, quod non parva indiget reformatione.

1um Ut laudes vespertinae fiant.

2um Ut medium inveniatur ad catechesim diebus dominicis et festis omnino necessarium, diffluit per plateas juvenus et pro-na ad potum.

3um Ut schultetus haereticos et sine discrimine quoslibet extraneos sine testimonio et notitia pastoris non recipiat, quod tamen fere quotidianum illi.

4um Ut Dei honorem in Sacramento Corporis Christi praesertim in theophoria per se et suos forestarios ac sclopetarios defendat, in quo maxime dissimulatur.

Plura, sed minora, quae alias dicam.

V. Revmae Paternitatis a pedibus.

Pastor in Maren.

Het visitatie-relaas gaat verder :

In Lith.

Die S. Jacobi apost. [25 julii] monuit nos D. decanus christianitatis in hac parochia, quae est sub invocatione S. Lamberti, ad

collationem capituli [S. Lamberti in Leodio] quod etiam habet dominium temporale, ut laudes vespertinae fiant et ut media inveniantur ad catechisandum dominicis et festivis diebus, cum juvenus diffluat per plateas et prona sit ad potum.

Monuimus itaque utrumque et praesertim ad catechismum faciendum, quod se alternatim facturos esse promiserunt. Et cum ulterius dictus decanus nos monuisset schultetum loci sine discrimine quoslibet extraneos sine testimonio vitae recipere, nec defendere insolentias vicinorum in processionibus Ven. Sacramenti, super utroque dictum scultetum monuimus.

Dictus pastor in Lith [Henr. Smits] etiam satis fassus est se non dicere missas beneficiorum incorporatorum, quas habet in Littoye.

[In Teefelen]

Pridie S. Jacobi fuimus in Tefelen et visitavimus ecclesiam, ubi nihil reperimus praeter tectum et muros, nec pastorem, nec custodem, nec ludimagistrum. Et cum diceretur cura dotandi pastorem spectare ad dominam de Oye, accessimus ad castrum vicinum, sed nihil ab ea impetravimus, quam quod parata sit relinquere pastori in Tefelen antiquam dotem, quae ad ecclesiam illam spectabat; sed cum non vellet gravare decimas, acquisitas a capitulo Turnhoutano, nisi ostenderetur decimas illas alicui oneri subjectas, invenimus dictam dominam antiqua haeresi Calvinii infectam <sup>96)</sup> et propter vicinitatem loci in Tefelen cum pago de Oye valde expedire, ut aliquis sacerdos sit, qui Sacramenta administret et pueros doceat.

Sunt autem in Tefelen sexdecim domus. Comparantibus vero coram nobis in Lith aliquot ex praecipuis incolis dicti loci de Tefelen et petentibus subsidium ad alimenta pastoris et reparationem ecclesiae, iisdem injunximus, ut aliquo die ad nos redirent et nobis adferrent specificationem bonorum ad pastorem pertinentium et arrendationum <sup>97)</sup>, quae dicuntur esse sub manibus secretarii de Meghen.

- D. Acten van het capitulum pastorum te Helmond en Oss.  
 Het capitulum pastorum te Helmond 22 aug. 1617  
 onder het voorzitterschap van Zoesius <sup>98</sup>).

Decanatus Helmondanus.

Acta in capitulo hujus decanatus, celebrato 22 aug 1617 <sup>99</sup>).

**Someren.** D. pastor vel ejus capellanus celebrat missam de Ven. Sacramento. Suscipit etiam in se, quod monebit sub poena D. Marcellum rectorem de applicando reditu; inquireret etiam de reditu, qui per D. Franciscum est applicandus et monebit eum similiter sub poena, qualem ipsi de rei veritate constiterit<sup>100</sup>). Deinde asserit D. Franciscum Berrickven post ultimam visitationem a potitatione abstinuisse. Propter absentiam D. pastoris in Maarheze D. pastor signabit, ut exhibeat reductionem missarum. Deinde adhibebit diligentiam, ut claudatur cimiterium. Qui merces vehunt et vendunt dicit esse vagos. Potitantium nomina non occurrunt, sed cum tempore eos observabit.

**Asten.** D. pastor monebit rectorem [altaris] S. Spiritus et matriculariae prout in instructione, item custodem.

**Gerwen.** D. pastor asserit sibi concessum retinendi ancillam usque festum Omnium Santorum et tunc illam certo dimittet<sup>101</sup>).

**Doorn [Deurne].** D. pastor amovebit imaginem B. Virginis in Puerperio. Calicem cum cuppa aenea transmittet ad Rev.mum Dnum. Fructus beneficii S. Antonii de Velthoevel — non S. Lambertii —, cum rector sic vocetur, curabit arrestari ad faciendam reparationem, ad quam tenetur. Praeterea monet D. pastor D. temporalem <sup>102</sup>) habere concubinam, Magdalenam Staels, ex qua procreavit duas proles, quae quidem non cohabitavit, sed singulis diebus cum ipso familiariter conversatur.

**Aerle.** D. pastor declarat nullum esse rectorem altaris S. Joannis qui vocetur Johannes, sed ipsum pastorem rectorem esse altaris S. Joannis<sup>103</sup>), qui consuevit celebrare septimanatim unam missam, et asserit se ad plures non obligari. Deinde nomina eorum, qui potitant, ipsi non occurrunt, sed in posterum observabit; neque ipsi constat de operis servilibus, quae fiant diebus festis.

**Beek.** Per errorem superius <sup>104</sup>) actum est de capellano [altaris] S. Joannis, cum sit hujus loci, de quo interrogetur pastor.

**Lieshout.** D. pastor inquisivit et inquireret adhuc de 200 fl., sed nihil ipsi adhuc certi constat, cum communitas neget se eos recepisse. Postea addidit D. pastor illos 200 olim legatos testamento sub onere duarum missarum.

**Stiphout.** D. pastor arrestabit fructus.

**Helmont.** Fiat de capellanis Simone [van Merevoort] et Servatio [Verbaerschot] quod hic commissum est.

**Mierloo.** D. pastor dicit festis et dominicis catechizare custodem in schola, curabit etiam transmitti reductionem [missarum] in instructione.

**Lierop.** D. pastor monitus est sub poena, ut amoveat missale Leodiense; deinde declarat se habere libros, quibus inscribuntur nomina baptizatorum <sup>105</sup>).

Examinetur generaliter, utrum pastores non teneantur ad catechismum, vel quis teneatur.

Het capitulum pastorum te Oss 4 sept. 1617

onder voorzitterschap van de officiaal Frans van Gestel.

Omdat de zakelijke inhoud van de desbetreffende bescheiden ons uit de visitatieverslagen reeds grotendeels bekend is, zullen wij uit een paar daarvan slechts enkele punten aanstippen. De bescheiden zijn :

1°. Lijst van „*corrigenda en restauranda*”, opgesteld door de landdeken Jan Gijsberts van Maren, pastoor van Maren en Kessel. Aangaande de parochies Nuland, Littyoyen en Geffen noteerde hij:

**Nulandt.** Major puritas circa altare et ornamenta sacerdotalia. Minor dissimulatio in redditibus redintegrandis, praesertim quoad Dominam temporalem.

**Litthoyen et Geffen.** Scholae dominicalis aedificium circa ecclesiam exstruendum.

2°. „*Defectus corrigendi*”, in 7 punten samengevat, waarschijnlijk door de officiaal :

Punt 4 : Ut pro majori autoritate sacerdotum concilianda aut saltem retinenda, pastores intra communitatem deambulantes vestem talarem nullo modo deponant.

Punt 7 : Ut sclopetarii hinc inde sponsam et sponsum ad offeritorium deducentes templo arceantur aut arma saltem extra ambitum relinquunt.

3°. Acta capituli :

**Os.** D. pastor suggerit modum promptiorem catecheseos, si onus

concioandi matutino tempore, quod incumbit capellano ex fundatione D. Petri vander Stegen, ad quem idem legavit novem florenos, quos recipit capellanus, mutaretur in obligationem catechizandi. Quantum ad laudes vespertinas D. pastor advigilabit, ut tractius et decentius fiant. Computibus fabricae et mensae pauperum D. pastor de facto invigilat. Quoad fundationes declarat se non habere nisi onus duarum missarum ex parte 1ae et 3ae portionis; ex parte 2ae subservit D. Mattheus. Quae tres portiones habent singulae onus duarum missarum, cum tamen rectores non praestent singuli nisi unam missam<sup>106</sup>). Quae omnia latius specificantur in actis prioris visitationis D. decani ruralis et rescriptione D. pastoris. Deinde dicit D. pastor reliquis fundationibus satisfieri, exceptis oneribus incumbentibus D. Henrico, capellano Ossensi, ex beneficiis incorporatis; qui super hoc monitus est, ut integre onera persolvat aut intra tres septimanas reductionem petat.

**Lith et Nulant.** D. pastores absentes fuerunt.

**Littoien.** D. pastor suggerit propinquius medium alendi capellam ex beneficiis unitis et possessis a D. pastore in Lith, qui illis paratus est renuntiare, et tunc tam ab ipso quam a communitate poterit addi supplementum.

**Nulant.** Postea advenit pastor et monitus curabit majorem munditiam. Deinde conqueritur, quod aeditui non exigant solutionem pactionis annuae duorum modiorum.

4°. Schrijven van Brouerius, pastoor van Oss en Berchem, d.d. 5 sept. 1617, aan officiaal F. van Gestel, verblijvend in Maren:

Venerando D. Officiali Gestel et aliis ejus vicariis in Maren.

Rev. Domini Vicarii

Heri examinatus super officiis vel beneficiis, quae possideam, non me memini unius aut duorum parvorum officiorum in Berchem pastoratui olim incorporatorum, quorum onera spectant ad capellanum meum ibidem residentem, sicuti totius pastoratus. Haec pro insertis peto, ne vel mali nominis vel alicujus infidelitatis accuser. Valete in Domino. Scriptum in Os die septembris 5 1617.

Integre Vester

Josephus Brouerius, past. in Os et Berchem.

## E. Stukken betreffende de visitaties van Zoesius in 1618—1623.

Verordening bij zijn visitatie der parochie Lierop  
23 mei 1618<sup>107</sup>).

Alzoo wij bevonden hebben in de kercke van Lierop grootelijck van node te zijn een silveren doosken om theylich Sacrament daerinne te bewaren, mitsgaders oyck een silvere pattene ende bichtstoele ende bovenal, datter van node zijn drye dueren tot bewaernisse vander kercke, gelijck ons al gebleken is in onse visitatie, gedaen desen XXIIIen van Mey met assistentie van Heer Philips van Zoerendonck, canonick van onse cathedrale kercke, ende Heer Thomas Stricken, landtdeckken deser plaetsse, hebben geordineert ende ordineren mets desen aen den pastoir, dat hij aen de gemeynte recommandeert, dat eenyegelycke eene aelmisse soude willen geven nae henne beliefften tot behoeff van de kercke. Ende gemerckt, dat alle de thienden, cleyn en groot, int dorp van Lierop toebehooren den Heere [proost] van Postel, zoo hebben wij geordineert ende ordineren mets desen, dat hy by provisie sonder prejudicie zal doen maken het voors. silvere doosken in werde van vijfthien gulden ende oyck een silvere patene; insgelyx oyck doen maken die voors. deuren, opdat de kercke mach behoerlycke gesloten wesen, binñen den tijd van twee maenden op pene van te verhalen tgeene noodich wesen zal aen de kercke in tgeen voorseyt is, op de voors. thiende, authorizerende de stadthouder van de plaetse om tgeen voorseyt is te mogen executeren.

Actum tot Lierop desen XXIIIen van Mey 1618.

Visitatie der parochie Budel 24—25 mei 1618<sup>108</sup>).

Instituta per nos secunda visitatione ecclesiae parochialis de Budel et facta dedicatione trium altarium in eadem ecclesia hac 24 maii, evocatis ad eandem diem venerabilibus viris Decano et Capitulo insignis ecclesiae B. Mariae Aquisgrani<sup>109</sup> iisque non comparentibus sed loco eorumdem Adamo Antonii, receptore dicti capituli, rursus invenimus magnum defectum rerum ad divinum Officium prorsus necessariarum, utpote calicis, missalis, parvae pixidis ad custodiam Ven. Eucharistiae et SS. Oleorum, casularum, albarum, amictuum, corporalium, purificatoriorum, mapparum, cortinarum, tabulae altaris, antependiorum. Similiter deprehendimus necessariam esse reparationem pavimenti tam in choro

quam in sacristia, et vitream fenestram in eadem sacristia. Item lituram et dealbationem parietum dicti chori et sacristiae. Et ecclesiae facultates nullo modo sufficere ad dicta opera ferenda.

Per provisionem et sine prejudicio ordinavimus, ut ex decimis majoribus et minoribus, quas in dicta parochia dictum capitulum et cantor percipiunt, ad valde notabilem summan ecclesiae parochiali praefatae de dictis ornamentis provideant ac reparationes superius memoratas infra duos menses debite fieri procurent. Quod si in eo defectuosi fuerint, requirimus D. drossardum de Craendonck, ut ad dictas reparationes et ornamenta ex decimis in dicta parochia exrescentibus arrestet summam sexcentorum florenorum, ornamentis et reparationi antedictis applicandam; dictis venerabilibus dominis Decano ac cantori in casu oppositionis assignandam feriam primam juridicam mensis julii proximi ad dicendum in caussa principali quidquid rationis esse censuerint.

Assistentibus nobis Dominis Philippo à Zoerendonck, canonico graduato ecclesiae nostrae cathedralis, et Thoma Stricken, archipresbytero districtus Helmondensis <sup>110</sup>).

Actum in Craendonck XXV maii anno 1618.

Verordening van Zoesius bij zijn tweede visitatie  
der kerk van Lieshout, 22 juni 1618.

*In secunda nostra visitatione facta in ecclesia parochiali de Lieshout invenimus magnum defectum circa ornamenta plane necessaria ad cultum divinum debite exequendum. Et cum dicta ecclesia notorie non habeat media ad suppeditandum dicta ornamenta eoque casu recurrendum sit ad decimas, quae solvuntur a parochianis, ut ipsis sacramenta debite administrentur, per provisionem et sine praejudicio ordinavimus, assistentibus nobis venerab. D.nis Philippo a Zoerendonck, canonico graduato ecclesiae nostrae cathedralis, et Thoma Stricken, archipresbytero districtus Helmondensis, ut ex decimis messis proximae, spectantibus ad R. abbatem Floreffinsem, ematur parva pyxis argenteae octodecim florenorum aut circiter ad custodiam venerabilis Sacramenti Eucharistiae eamque distribuendam aegrotis; item honesta tabula summi altaris et tres mappae ejusdem unacum honesta casula. Et cum ex antiqua et laudabili consuetudine oleum ante venerab. Sacramentum suppeditatum fuerit a rectoribus bonorum dictae abbatiae existentium in Lieshout, ratio postulat, ut dictum oleum deinceps subministretur, nisi Rev.D. abbas demonstraverit se vel bona sua in Lieshout ad hoc non teneri, ipsi assignantes terminum*

a die insinuationis faciendae suo schulteto ad allegandum suas rationes in contrarium, necnon etiam dicendum in caussa principali super sumptu dictorum ornamentorum.

Actum in Lieshout die vigesima secunda mensis junii anno 1618.

Visitatie van het kapittel van Oirschot door Zoesius

21 en 22 oct. 1618, zie *Documenten* blz. 199 v.v., 271, 272. 111).

Visitatie der kerk van Helmond 23 aug. 1619.

Actum Helmondæ 23 mensis augusti anno Domini 1619.

**D. Cornelius Outerus**, pastor dicti loci, dicit Helmondæ residere praeter se et capellanum tres sacerdotes, nempe D. Servatium Verberschot, rectorem altaris SS. Petri et Pauli, D. Simonem Merevortium, rectorem altaris S. Mariae et D. Matthaeum van den Broeck, rectorem altaris S. Annae.

Dicit a D. Servatio parum auxilii accedere ecclesiae propter occupationes suas in castro, in quo celebravit sex septimanis pro anima defunctae Dominicae <sup>112</sup>), nec habet quem substituat pro exoneratione 4 missarum, quibus oneratur singulis septimanis, excepta una, quam facit Merevortius.

Stationarii sunt Minoritae Weertenses et Praedicatores Buscoducenses, sed paucis diebus in anno.

Dicit etiam se posse adhuc aliquem domi suae alere, dummodo ipsi provideretur de expensis centum florenorum annue et prompta solutione.

**D. Johannes de Ville**, capellanus D. pastoris, dicit se paratum catechizare in 1<sup>o</sup> sacro, quamdiu hic fuerit; confessus est se non habere litteras admissionis, sed se admissum a nobis fuisse in Postula.

Querela etiam est primam missam non fieri certa et determinata hora, nec festis, nec ferialibus diebus. Multae etiam missae omittuntur defectu sacerdotum.

Visitatie van het kapittel van Hilvarenbeek 10 aug. 1620,

Zie *Documenten* blz. 37—38.

Visitatie van het Kapittel van Boxtel 16 aug. 1620.

Visitatio ecclesiae collegiatae D. Petri Boxtellae facta anno millesimo sexcentesimo vigesimo, die decime sexta mensis augusti.

Die decima 5a accessimus parochiam de Boxtella, ante praemonitis tam pastore quam capitulo dicti loci, et eodem die confirmavimus omnes, qui se praesentarunt. Eodem die inspeximus ecclesiam de Gemunde satis bene ornatam, sed necessarie debere consecrari aliquot altaria.

Die vero sequenti accessimus locum capitularem, assistentibus nobis. D. ac mag. Henrico vanden Leemputte S.T.L., canonico graduato ecclesiae Buscod, et D. Henrico van Hegelsom, canonico Montis S. Gertrudis S.T.B.F., et examinavimus decanum et canonicos, prout sequitur.

**D. Petrus Bresserus**, decanus et canonicus, annos natus 74, interrogatus dicit omnes canonicos honeste se gerere. Petit tamen eos monere, ut frequentent diligentius ecclesiam et reverenter et tractim cantent. Dicit distributiones a viginti annis non fuisse datas. Dicit ornamenta custodiri a vetula virgine, quae valde fidelis est et propterea aegre mutari potest. Dicit nunc esse duos vicarios. Commendat valde ludimagistrum a probitate, diligentia et peritia in cantu.

**D. Abel de Monte S. Gertrudis**, annos natus 75, petit dari plumbeta; non scit aliquem defectum circa personas.

**D. Adrianus Jodoci**, annos natus 65 aut circiter, optat officium fieri reverenter, cuperet dari plumbeta.

**D. Gulielmus Buerden**, annos natus 56, interrogatus quomodo possit curari mundities in ornamentis, putat amovendam eam, quae nunc curam habet, vel admovendam aliam, quae juvet. Expedi etiam, ut dentur plumbeta. Dicit D. Gregorium frequenter ire Heusdam et Bredam et quod utiliter hoc ei prohiberetur, cum sit deditus potui et sic non possit versari sine scandalo.

**D. Goswinus Gerardi**, annos natus 58 aut circiter, suggerit ut junior canonicus habeat curam, ne deprehendatur defectus in munditie ornamentorum. Petit dari plumbeta.

**D. Henricus Vennius**, annos natus 30, dicit officium fieri decenter et canonicos satis diligenter frequentare ecclesiam et expetit munditiam ornamentorum.

**D. Heribertus Bichelaer**, annos natus 36, non displicet ipsi, si darentur plumbeta.

**D. Antonius le Roy S.T.B.**, annos natus 26, dicit officium honeste fieri et se contentum, ut dentur plumbeta.

**D. Gregorius Cuyckius**, annos natus 33 aut circiter, dicit se esse peritum cantus et propterea juvenes canonicos, qui non sciunt cantum, sese fidere ipsi et deprehendi facilius ipsius absentiam.

Aangaande deze visitatie staat op een ander stuk nog aangetekend:

Die 16 aug. 1620, presentibus D. Leemputte et D. Hegelsom.

D. **Joannes Antonii**, annos natus 34, non scit ullos esse defectus.

Ook gaf de bisschop op die dag navolgende verordening :

Cum variae sint querelae de munditie ornamentorum ecclesiae Buxtellanae, quam etiam nos aliquomodo deprehendimus, omnino judicavimus expedire, ut Maria Loyen propter senium tantum recipiat oblationes et pernoctet in ecclesia more solito. Ad lotionem autem et refectionem alia substituatur.

Item plane necessarium judicamus, ut ornamenta alio modo collecentur exstructis arcibus, ubi commode possint recondi, ut fit in cathedrali ecclesia, Becae et alibi.

Et sic resolutum, consentientibus D. decano, scholtero et magistris fabricae.

Actum Buxtellae 16 aug. 1620.

Nicolaus, episc. Buscod.

Visitatie van het kapittel van St. Oedenrode 8—11 sept. 1620

Zie *Dokumenten* blz. 151 <sup>113</sup>).

Visitatie van het Kapittel van Eindhoven

13—14 sept. 1620.

Visitatio capituli Eyndhoviensis 13 sept. 1620.

Rev. D. Matthiae Gerardi decano ac caeteris canonicis capitulariter congregatis declaravimus nos venisse ad hunc locum ad visitandum capitulum auctoritate apostolica juxta monitionem praemissam et addimus nobis hactenus non fuisse satisfactum in aliquibus punctis, ex fundatione et statutis capituli resultantibus.

Ac primum quod decimae de Vucht, Maerhees et Aerle non integre distribuuntur pro una medietate inter canonicos et capellanos et pro altera dimidia parte inter canonicos, deductis tamen oneribus.

2°. Nobis displicere, prout etiam antea displicuit, nullos capellanos residere, cum satis constet beneficiis et capellaniis annexam esse residentiam sub poena privationis, et ex statutis constet praeter capellanos fuisse olim conductitios sacerdotes.

3°. Absentiam cantoris esse contra fundationem ejusque praesentiam ad regendum chorum et alia munia ipsi incumbentia esse

necessariam.

Super quibus articulis petimus per capitulum responderi ad hanc diem 14 septembris mane post matutinum. Quod facere promiserunt.

Die 14a rursus accessimus ipsum capitulum et respondit secretarius nomine ejusdem capituli presentis, ex antiquo usu capellania non fuisse attributam aliam quotam ex decimis de Aerle, Maerhees et Vucht quam decimamquartam partem illarum decimarum, et non constare quidem de mutatione facta per fundationem, sed de usu et subdivisione facta ante centum annos, et plurima munimenta ecclesiae antiquitus fuisse deperdita durantibus guerris.

Quod autem attinet ad capellantias, fatentur in universum esse novem, sed multas esse valde exigui valoris, quarum fructus vix sufficiunt ad onera ferenda ac proinde juste cogi non posse possessores ad residentiam. Duo autem ex beneficiatis nunc resident Lovanii et sic gaudent privilegio studii. Tertium [beneficium] vero obtinet capellanus in Poppel et ob recuperationem fructuum et expensas litis in prosecutione factas fructus relictus sunt D. Joanni Keutsio canonico, qui prosecutionem litis fecit suo periculo, de qua triumphavit. 4um beneficium habet D. Vladeraccus, capellanus ecclesiae Buscoducensis; aggravatur duabus missis et vix habet triginta florenos annue. Est et unum beneficium, quod obtinet D. Arnoldus van Hove, nunc pastor in Hulsel, quod dicitur esse alicujus valoris, sed valde gravatur missis et aliis oneribus. Beneficium Catharinae, de quo fit mentio in statutis art. 3, auctoritate Papae fuit divisum in duo beneficia, quae valde onerosa sunt et ex fructibus illius beneficii et aliorum non residentium supportantur onera officii divini. Et finaliter persistunt nullam fieri debere mutationem, praesertim hoc tempore, quo habent duos egregios cantores et organistas.

De cantoria fatentur quidem eam debere personariam residentiam, sed ex causa D. Masius consensisse, ut presens cantor resident in sua vicaria [in Tongelre], retenta decima, quam recipit ex sua cantoria, et octo modios, quos recipit ex sua prebenda, reliquis relictis capitulo, nec expedire propter imbecillitatem et senium cantoris aliquid in ea re immutare.

Visitatie der kerk van Helmond 1 juli 1623

Zie BB VIII 166.

Voor zover ons bekend, was deze de laatste visitatie, die Zoesius gehouden heeft <sup>114</sup>).

## NOTEN

- 1) Zij waren dus geen uitvloeisel der synode van Masius in 1612, zoals Rogier schrijft in zijn *Geschiedenis van het Katholicisme in N. Nederland in de 16e en 17e eeuw*, II 540.
- 2) De door Zoes voor elk dekenaat vastgestelde dagen vindt men in BB XXIII 186—187.
- 3) In zijn verslag over het bisdom, ingediend bij Paus Paulus V in 1619, vermeldt hij, dat hij de dekens (die hij dan „vicarios foraneos” noemt) jaarlijks bijeen roept. BB IX 163.
- 4) B B XXIII 192. De eerste congregatio decanorum had plaats op 8 aug. 1617, *ibid.* pag. 194—198.
- 5) De in deze bijdrage gepubliceerde stukken zijn bijna alle ontleend aan *Arch. Bisdom A K 1—2*; van de overige zullen wij de vindplaats bij hun vermelding telkens aanwijzen.
- 6) 3 aug. 1615 stelde hij een reeks aantekeningen op schrift betreffende de toen door hem gevisiteerde parochies: het stuk met bedoelde aantekeningen bevindt zich in *arch. bisd. A K 1—8*, nr. 52.
- 7) De bovenhoeken van het verslag zijn afgescheurd.
- 8) Tot hier is het verslag geschreven door Zoesius.
- 9) Ivo Hovelmans was in 1595 tot pastoor van Schijndel aangesteld; hij was afkomstig van Oisterwijk en stierf in 1633, zie Th. Ign. Welvaarts *Geschiedenis van Corsendonck* (1881) II 206, Schurjes V 642.
- 10) 3 aug. 1615 noteerde Zoes: „Vocetur D. pastor in Oisterwijk ad XI hujus, ut compareat ad capiendam resolutionem super exoneratione missarum, quae sunt fundatae in sua parochia et ad usum gremii altaris-tarum incorporatae”. *A K 1—8* nr. 52.
- 11) Over hem *Taxandria* jg. 22 blz. 328.
- 12) Begijnhof, genaamd Bethlehem, gesticht ± 1539 door Nicolaas van Esch, pastoor van het begijnhof te Diest, geboren in Oisterwijk. In dit Oisterwijkse begijnhof stierf 27 jan. 1540 de schrijfster van „De Evangelische Peerle”. B B III 40 v.v., IV 28.
- 13) De nu volgende slotregels zijn door Zoesius geschreven.
- 14) Schurjes V 396.
- 15) Vgl. B B XIII 93, noot.
- 16) naam niet ingevuld.
- 17) Hierboven noemde de pastoor „den kardmaeker” met zijn familie.
- 18) arrenda = cijnspacht.
- 19) Hierboven door de pastoor *Gerardus Alem* geheten.
- 20) 3 aug. 1615 noteert Zoes: „In Moergestel vocetur D. Ghisbertus Adriani ut ad personalem residentiam veniat”. *A K 1—8* nr. 52.
- 21) *arrestadia* en het aanstonds volgende *arreagia* hebben vermoedelijk dezelfde betekenis: niet voldane vorderingen (die n.l. aan de H. Geestmeesters niet voldaan werden).
- 22) Volgens kanttekening van Zoes scheen zij uit Holland gekomen.
- 23) Pastoor-deken Langhecrutius verklaarde, dat zijn parochie 1650 communicanten telde, Schurjes IV 601.
- 24) Dit kapittel bezat het patronaatsrecht over de kerk van Middelbeers.
- 25) Op een lijst van priesters uit het dekenaat Hilvarenbeek, door deken M. Langhecrutius omstreeks 1615 opgemaakt, staat pastoor Oudart om bovenbedoelde „excessus” vermeld als „malae vitae” onder het voorbehoud: „Si tamen malae vitae annotandus sit, qui post lapsum ad poenitentiam surrexit”. B B XXII 289.
- 26) Margareta van Brecht, zie blz. 73, noot 22.

- 27) Datum overgenomen van Schutjes III 268.
- 28) Boven het woord *Casteren* schreef Zoes *Kerck*; op de achterzijde der verslagen over *Casteren*, Hogeloon en Hapert staat *Kerckcasteren*.
- 29) De kerk van *Casteren* was een appendix van de kerk van *Hilvarenbeek*.
- 30) *Adrianus Stalpaerts* van *Hilvarenbeek*, abt van *Tongerlo* 1608—1629.
- 31) 2 juli 1614 — 10 mei 1615.
- 32) Over dit beeld *Schutjes III* 551.
- 33) Volgens zijn eerste verklaring (blz. 92) was hij 14 jaren pastoor van *Stratum*. Kort na 1600 tot pastoor aldaar benoemd, werd hij in 1606 pastoor van *Strijp*, maar zeer spoedig daarop werd hij weer pastoor van *Stratum*. Men moet de opgegeven jaartallen gewoonlijk niet al te nauw nemen en zo wordt het verschil van pastoorjaren in beide opgegeven verklaarbaar. Hij zal de duur van zijn pastoraat te *Stratum* vanaf zijn 1e benoeming op 14 jaren, vanaf zijn 2e benoeming op 10 jaren opgeld hebben.
- 34) De afscheiding had plaats in 1489, toen de *St. Joriskapel* van *Stratum* parochiekerk werd. *Arch. aartsb. Mechelen. Leodiensia* f° 94 v nr. 2, id. 2 f° 60 nr. 4.
- 35) De 1e *Bosche synode* tit. 17, cap. XV had voorgeschreven, dat de pastoors jaarlijks bij hun deken een schrijven moesten inzenden, vermeldende de in hun parochie bestaande beneficies en officies met hun rectoren, deservitors, collators, hun waarde en lasten. Deze schriftelijke opgaven heette men „rescripties”.
- 36) Het verslag dezer visitatie schreef de secretaris op hetzelfde stuk als dat der visitatie van *Budel* en *Maarheeze* van diezelfde dag, twee parochies van het dekenaat *Helmond*. Omdat *Dommelen* echter tot het dekenaat *Eindhoven* behoorde, werd dit verslag door hem doorgehaald.
- 37) De daarop volgende dag visiteerde hij *Zoeterbeek*, zie *BB XI* 272, 273.
- 38) Toch werd hij op maandag 3 aug. 1615 door de bisschop tegen daarop volgende vrijdag nog per brief coram geroepen „ut respondeat super tertio concubinatu cum sua cognata in 3° gradu”. *A K* 1—8 nr. 52.
- 39) De weg van *Riethoven* naar *Knechsel* liep langs de kerk en pastorie van *Stensel*; mogelijk dat de bisschop de pastoor aldaar niet thuis trof.
- 40) „In Legemierde vocetur primissarius et serio moneatur, ut diligenter scholae curam habeat et a frequentatione tabernarum absteineat”. Aantekening van *Zoes* 3 aug 1615. *A K* 1—8 nr. 52.
- 41) 3 aug. 1615: „ordinatum ut [pastor] libellum exhibeat in debita forma”, *A K* 1—8 nr. 57.
- 42) *Rumoldus Colebrant*, die als provisor het klooster *Postel* bestuurde.
- 43) 3 aug. 1615: „ordinatum ut [pastor] libellum exhibeat in debita forma”, *A K* 1—8, nr. 52.
- 44) De *St. Clemenskerk* van *Hulsel* was afhankelijk van de *Benedictijnen*-abdij van *St. Truiden*.
- 45) 3 aug. 1615: „D. *Franciscus Winandi Hollander* primissarius in *Hogemierde* habet beneficium matriculariae in *Reusel*, requirens personalem residentiam”. *A K* 1—8 nr. 52.
- 46) De koning van *Spanje* als hertog van *Brabant*.
- 47) Vgl. blz. 84.
- 48) Deze laatste staat in margine bijgeschreven.
- 49) In margine: *De post contraxerunt matrimonium*.
- 50) Niet dec. 1617, gelijk staat in *Schutjes IV* 279.
- 51) Dit verslag is slechts in copie aanwezig en berust in arch. bisd. *A K*

- 1—20B; wat we zeiden over taal en stijl van het visitatieverslag van 1595 (zie blz. 7—8) geldt ook, en zelfs nog méér, voor dit van 1615.
- 52) De reeds in vorige verslagen vermelde zegelaar van Reinaldus de Ursinis, aartsdiaken van Kempenland.
- 53) Eerst stond „esse duodecim”.
- 54) Over deze schilderij zie bijlage (achter dit artikel).
- 55) Eén van de prebenden, die aan de 9 gegradueerde kanunniken waren toegekend.
- 56) Kievits bezat het beneficium van SS. Petrus op het H. Kruisaltaar; Gijsb. Masius had het bezeten tot in 1594, toen hij bisschop werd benoemd.
- 57) Johannes Hogardus Kelders, notaris en griffier van het geestelijk gerechtshof.
- 58) De incorporatie der kerken van Dinther, Heesch, Nuland, Geffen en Rosmalen.
- 59) Prior der Cisterciensers van Marienkroon te Heusden, die omstreeks 1580 naar Den Bosch waren gevlucht en daar van toen af gebleven waren.
- 60) De parochies, die hij in 1616 visiteerde behoorden alle tot het dekenaat Helmond, uitgezonderd Zeelst en Geldrop in het dekenaat Eindhoven en Geffen in het dekenaat Oss.
- 61) A K 1—8, nr. 6. Vgl. Schutjes V 1002, B B XXIII 118, 119.
- 62) Waarschijnlijk Richard van Vlierden, rentmeester van het bisdom, gehuwd met Anna van Borchgrave.
- 63) Vreemd, dat aan deze kapel, die stond aan de grens van Zeelst, Strijp en Blaerthem, een kerkhof was verbonden. Hoe dit te verklaren? Oudtijds waren de grenzen aller parochies nog niet vast omschreven; zelfs in de 16e eeuw waren ze nog niet overal juist en met zekerheid bekend. Zo wordt de ligging van de St. Severinus-kapel in diverse stukken der 16e eeuw onder drie verschillende parochies vermeld: onder Blaerthem, Strijp en Zeelst. Nu is het bekend, dat Blaerthem vroeger onderscheiden werd in Blaerthem-St. Lambertus en Blaerthem-St. Severinus (zie BB XXIII 65). Is het dan gewaagd te veronderstellen, dat de parochianen van Blaerthem-St. Severinus oudtijds in de kapel van St. Severinus (al dan niet een kerkje met de rang van quarta capella) hun godsdienst uitoefenden en bij die kapel hun begraafplaats hadden?
- 64) de promotor van het bisschoppelijk gerechtshof.
- 65) De woorden „*et an cupiant... transferatur*” zijn doorgestreep.
- 66) BB XXIII 51, noot 8.
- 67) Het testament is afgedrukt in BB XXIII 125—132.
- 68) De pastoor van Helmond was ook pastoor in Rixtel.
- 69) Bruheze (tegenwoordig Brouwhuis).
Aeditui singulis bienniis mutantur, reddunt computum coram pastore et scabinis. Modo deserviunt Anthonius Reyneri et Theodorus Joannis, catholici et probi, habentes registra et census ecclesiae in integrum annue valentes 150 fl. aut circiter.

Magistri mensae Spiritus S. probi itidem et singulis bienniis instituentes computum, registra quoque integra ad 200 fl. annue.

Capella divi Anthonii diruta habet duodecim jugera terrae, unita aliis ecclesiae majoris beneficiis. Persolvit sacrum in majori ecclesia.

Communicantes 450 integri; rebelles ecclesiae et monitis pastoris: Joannes Petri, Tylmanus Bottermans cum uxore, Joannes sartorius, Rodulphus Henrici cum uxore, Nicolaus faber ferrarius cum uxore, Reynerus Corffmaecker cum uxore, Henricus Blanckers.

Huic communitati maxime necessaria cathegisatio mane aut post meridiem saltem.

Litthoyen die XV julii.

Patronus ecclesiae S. Remigius, collator abbas Bernensis, pastor religiosus ejus **Nicolaus Havens**.

Aeditui defuncti reddiderunt computum, Moderni Petrus Henrici et Gijsbertus Petri suam rationem instituent post messem.

Agri ecclesiae quinque hont terrae, oppignorati ab rectoribus bonorum Spiritus S., desiderant autoritate Rev.mi D. ipsi ecclesiae restitui, ut libello supplici latius exhibebunt.

Mensae Spiritus S. administratores Henricus Joannis et Joannes Cornelii, probi ad officium hoc pridem assumpti, aequum judicant

ecclesiae terra oppignorata restituatur. Proventus annue ad 100 fl. aut circiter.

Communitas multis annis usumfructum agrorum ecclesiae et mensae Spiritus S. superioribus annis receperunt, nec restituerunt.

Custode carent et ludimagistro, nec schola juxta templum, sed alibi aedificata.

Tria altaria unita: Crucis, Nicolai et Mariae Virg.; rector pastor in Lith, de quo conqueruntur offitium non persolvi.

Pro sepultura nihil solvunt.

Communicantes 180. Haeretici: Henricus van den Huevel cum uxore et filio; Joannes Cling, uxorem arcens a sacra communione; Gerlacus Hollandus pestiferus; item Michael, miles quondam, publicus concubinarius.

Ecclesia consecranda, coemiterium reconciliandum et muro muniendum. Pastor religiosae vitae, culpant absentiam interdum trium aut quatuor dierum.

Eodem die visitavimus Teffelen.

Ecclesiae illius patronus Benedictus. Collatores incerti. Nullus pastor, nec deservitor ordinarius. Ecclesia prophanata, nec custodem habens, nec scholam.

Redditus deservitoris annue ad 40 fl. recepit communitas. Ecclesiae proventus ad 30 fl. annue recepit communitas; impendit restorationi templi 24 libras flandr.

Mensa Spiritus S. terras habet annue ad XVIII gl., recipit communitas, restituet; provisores ibidem constituendi.

Dominus temporalis in Oijen in Teffelen majores habet decimas, emptas a canonicis Tournhoutanis jam pridem pro aliqua parte.

Habet communicantes LX, ecclesiam viciniorem frequentantes ob defectum propriae. Custodia habet jugerum terrae a communitate oppignoratum.

A viginti annis non habuerunt in ecclesia sacrificantem. Obsecrant in Domino, ut Rev.mus provideat illis et omnino expedit propter haereticos viciniores.

Dubitatur ab incolis, an Oijen sit matrix Teffelen an non. Seniores pagi nihil certi allegant, imo variant.

Macharen XVI julii.

D. Petrus apostolus patronus. Collator comes [Megensis]. Pastor **Lucas Hessels**, optimi testimonii.

Ecclesia consecranda et coemiterium. Habent capellam divi Ni-

colai; hujus fructus recipit et persolvit officium pastor.

Ecclesia duo habet altaria, Virginis et Annae; dotem ex agris unitam habet pastoratus sub onere officii.

Sacramentalia integra, sed quoad vasculorum formam magis distinguenda. Custos superpellice caret; in templo juventutem, jam in turri, docet. Ob inopiam et pauperiem communitatis ex proveniunt mensae Spiritus S. custodi solvunt 15 fl.

Aedes pastorales in fundo pauperum ante septennium aedificatae a communitate.

Calix stanneus ob pauperiem ecclesiae; purificatoria munda, sed vilia nimis, ornamenta quoque vix sufficientia. Vas aquae benedictae loco commodiore collocandum, quemadmodum et fons exstruendus.

Custos aliquando defectuosus promittit emendationem. Praestitit satrapae <sup>11)</sup> juramentum et archipresbytero professionem fidei.

Aeditui Joannes van Hemert et Johannes Lucas probi et obediens; singulis bienniis redditur computus coram satrapae et pastore ac scabinis. Registra sunt integra annue ad 50 fl. Grana deposita in granario ecclesiae auferentur.

Rectores mensae Spiritus S. Gerardus Jacobi, hic ob probitatem a quatuor annis, et Jacobus Henrici ultimam rationem coram satrapae et pastore et scabinis ante biennium instituerunt. Valent ejus redditus agrorum ad 300 fl., siliginis vero ad 90 lopinas in Orschot. Instandum per rectores, ut in specie solvatur juxta originales literas.

Pastori ob inopiam competentiae ad 1614 inclusive a Rev.mo Masio p.m. quinquaginta floreni sunt annue ex mensa Spiritus S. assignati.

Communicantes 150, omnes bonos et integros. Infantium baptismum invito pastore sepe differunt ob convivium puerperale. Jura sepulturae negantur.

Aedes pastorales et domus scholarchae sumptibus redditus pauperum maxime aedificatae. Quidam incola, Joannes van Heemert, habet pignus ex Spiritus S. bonis oppignoratam, non restituendum nisi capitalis refundatur summa; idem in Johanne de Groot, sed illud seipse quitabit proximo anno.

Hic pastor exactionibus agrorum omnibus instar laici premitur; rogat negotium commendetur a Rev.mo [episcopo] illustrissimo comiti.

Megen XVI julii.

Patronus ecclesiae S. Servatius, capellae xenodochii divus Anthonius. **Pastor N. friso** <sup>12)</sup> nec in sacrificio, nec administratione

Sacramentorum secundum usum Romanum, sed Ultrajectensem procedit. Supplicationes intermitter omnes, excepta ven. Sacramenti. Dies rogationum interciderunt. Pulsus ad Ave Maria resumendus quemadmodum confessio initio quadragesimae, similiter lumen ante ven. Sacramentum.

Secretarius fundationem aliquam ex prothocollis eruit.

Capellanus D. Petrus [Cornelii], tunc absens, habet annue 150, potationibus addictus, aliquando ad quindenam absens a civitate, non est boni regiminis, intellecta apprehensione D. Pastoris in Haren, fugit et ille in Ravensteyn, nemine persequente, inquit satrapas.

Quatuor altaria habet ecclesia; Crucis et Georgii attributa pastori a comite ad supplementum competentiae, aliis altaribus subservit capellanus.

Custos et ludimagister idem forestarius<sup>13</sup>), negligit ornamenta ecclesiae. Proclamationes forenses in toto comitatu Megano annunciantur inter missarum solemnias quando et concio habetur. Caret custos superpelliceo, fons cooperculo. Pastor est remissior in commendanda ecclesiae necessitate.

Numerum subditorum ignorat, nec in genere quidem determinat, vultum quoque pecoris non agnoscit. Nullos haereticos moninavit, cum tamen satrapas aliquos noverit. Juventus negligitur misere, nec catechizatur, imo interdum prima missa negligitur. Anniversaria et minores census, quos vocant VII st. pagamenti, incuria pastoris intereunt et alia jura, quia aequo remissior.

Aeditui Wilhelmus Jacobi et Joannes van Venroe ad annum continuantur, offerunt computum instituendum coram paroco et satrapa et scabinis; redditus ecclesiae annue ad 50; circumeunt quando concionatur.

Festa non coluntur debite, nimis facilis satrapas in venia danda.

Rectores mensae Spiritus S. Gerardus van Autvorst et Rodolphus Joannis. Rationem instituent quatuor annorum finita messe. Probi sunt et sinceri. Conqueruntur ex ordinatione comitis Megani et informatione magistratus urbis 500 fl. desumptos ex mensa Spiritus S. et impensos scholae, aedificio capellani et aliis rebus. Comes pro auditione computus medium ducatum, secretarius numero foliorum, schultetus II fl. habet; aliquando solent notabiliter plus habere.

Rationes superiorum annorum ecclesiae et Spiritus S. vidit Masius in prima sua visitatione.

## Haren XVI julii

In hac ecclesia visitationem plenam non potuimus instituere, eo quod pastorem non haberet. Lustravimus interim sacrosancta, similiter sacramentalia, quae omnia satis bene, sed ornamenta vilia et detrita nimis. Caetera deponam in scripto ubi habuerit parochum, quem summe desiderant et humiliter deprecant interni.

## Berchem XVII julii.

Patronus ecclesiae Willebrordus episcopus. Collatio abbatis Epternacensis. Deservitor **D. Petrus N.** Ecclesia consecranda <sup>14)</sup> cum coemiterio.

Duo altaria Mariae Virg. et Anthonii; Mariae rector D. Petrus deservitor; Anthonii indotatum, exceptis octo florenis, qui ornatui et necessariis impenduntur.

Pia fundatio Henrici Zepers est in ecclesia de Berchem. Habet onus unius missae: facit hanc D. Petrus; ejus rector est filius quondam Gijsberti de Berchem, laicus <sup>15)</sup>. Valet 40 fl.

Est et alia fundatio Henrici Borskens in ecclesia, valet 50 fl. cum onere unius sacri; rector dicitur pastor in Os, dubitant a quo habeat.

Duae hic confraternitates Mariae et Anthonii; bene reguntur bona, impenduntur restorationi altarium.

Aeditui defuncti reddituri rationem infra sex septimanas, item et magistri mensae S. Spiritus. Aeditui deinceps circumibunt dominicis; laternam ement et superpellicem, ut custos ordinate praecedat quod neglectum. Fontes transferendi ex turri et renovandi ob foetorem, similiter auferenda appendix straminea, ut pateant fores majores ecclesiae.

Custos commendatur ob diligentiam; tenetur ex speciali fundatione ecclesiae sacerdoti expensis suis procurare vinum et panem.

Summum altare nihil vestitum, nec antependio, nec cooperculo, sed templum interius plane negligitur in ornatu.

Turri inhabitat solitaria quaedam virgo a multis annis, pie serviens, inquit, Deo.

Sacristiae inhabitat pastor D. Petrus; missali Leodiensi utitur; communicantes habet 400 aut circiter.

Adeo hic pater senio confectus, ut in multis deficiat; interdum conquiescit paululum in sede sub sacrificio. Interdum juvandus, ut cathedram ascendat. Humiliter rogant parochiani Rev.mum D., ut melius illis provideatur.

## Die XVII julii in Os.

Patronus Willebrordus; collator abbas Epternacensis; pastor D. **Josephus Bro[u]erius**, quem commendant subditi.

Capellanus D. Henricus Gemertanus, quinque altarium deservitor seu rector: Georgii, Annae, Barbarae, Anthonii, Nicolai, auctoritate Rev.mi unita, valent ad 175 fl.

Sex praeterae, praeter summum, sunt altaria: Apostolorum sub cruce; Brigidae; Mariae; Eligii; Severi; Andreae et Agathae, cujus rector D. Mattheus, valet 30 fl., deservitur per eundem in loco.

Apostolorum sub cruce divisum in tres portiones; primae portionis rector cognatus collatori, laicus, valet 100 fl.; secundae filius Polii in Os, laicus, valet 80 fl.; tertiae portionis rector Gijsbertus Rutgeri, laicus, valet 60 fl.; tria sacra fiunt in septimana, a pastore duo, a D. Matheo unum; collator hujus est civis in Ravesteyn.

Mariae Virg. rector filius forestarii in Erp; requirit residentiam, inquirunt; celebrat unum sacrum D. Mattheus.

Eligii rector sacerdos, Vianae habitans; unum sacrum celebrat capellanus; administrationem fructuum habent cognati ejus in Megen.

Brigidae non habet beneficium.

Andreae rector laicus <sup>16</sup>); Ivo Gerisii in Os collator; valet 50 aut 60 fl.; D. Petrus dicitur persolvere offitium.

Dei feria quinta institutum solemne sacrum devotionis cum expositione Ven. Sacramenti hactenus tantum submissum; sacrum a pastore celebratum.

Duodecim altarium hujus ecclesiae sacra an debite et integre celebrentur, dubitant; certo scire non potuimus.

Fundationes exhibendae, registra aliqua visa non satis integra, nec debitam limitum specificationem continentia <sup>17</sup>).

Communicantes mille ducenti circiter. Unus haereticus, mag. Gerardus cum uxore, notus pestiferus; hic curat proles extra per ministrum baptizari. Est et hollandus textor suspectus; exigetur professio fidei, qua negata deferetur p̄torei. Est divortium inter Guilielmum ab Esch et Idam sine sententia judicis.

Est capella in Os divi Antonii indotata; provisores illam regunt, semel in anno celebratur.

Variae confraternitates, totum quod habent impenditur reparationi et ornamentis.

Testamenta conduntur praesente Eucharistia. Custos ludimagister multum commendatur; capellanus monendus, ut a tabernis absteineat.

Bona xenodochii peregrinantium per provisores D. pastorem et

seniorem aedituum reguntur; fructus restaurationi ecclesiae impenderunt, restituent xenodochio.

Baptismus invito pastore sepe differtur. Generalis defectus circa feriationem festorum. Inter pastorem et scultetum inimicitia valde scandalosa; singuli innocentiam allegant; interim ignis ardet usque ad inferni novissima.

Minus solemnibus negligitur concio, quemadmodum et catechizatio. Omnia altaria nuda per annum; nisi in solemnitatibus propriis multa negliguntur.

Aeditui Joannes Bogardi, Cornelius Henrici ad quatuor annos continuantur; moniti jam infra mensem rationem instituent. Haeredes defunctorum aedituorum moniti per literas Rev.mi instituent quoque computum.

Fructus et census ecclesiae ad 400 fl. Coemiterium muro aut sepibus cingendum. Bona mensae Spiritus S. ad mille florenos annue reguntur per Theodorum et Cornelium van Os; faciunt computum quando placet domino de Erp singulis trienniis; non admittunt scabinos, nec ullos praeter commissarium Rev.mi. Bona privatim elocantur sepe cum praejudicio pauperum, quorum cura possit esse major. Computum infra mensem exhibebunt et registra.

Aeditui nunquam circumeunt; propositum ut faciant.

#### Geffen XVIII julii.

Patrona est Magdalena. Capitulum [Buscodic.] collator. Pastor **D. Gerardus Germertanus** boni et laudabilis testimonii, quemadmodum et custos.

Fons aperto loco collocandus. Ecclesia consecranda et coemiterium. Defunctorum aedituorum restat computus; moniti ut post messem instituant. Praesentibus [aedituis] similiter dies computus indictus et exhibitio registrarum.

Rectores mensae Spiritus S. Jacobus Joannis et Andreas Anthonii, ad quatuor annos hi continuantur, reddaturi quoque post messem.

Septem ecclesiae hujus altaria: Magdalенаe, Virginis, Nicolai, Dymphnae, Crucis, Mariae sub sole, Georgii.

Virginis est rector studiosus Buscoduc., valet 100 fl., duo sacra celebrat pastor, collatores haeredes Boxhorn.

Dympnae rector **D. Gerubinus Italus**<sup>18)</sup> unius missae, Crucis pastoratui incorporatum. Mariae sub sole rector **D. Gijsbertus Grinsven**, unius missae. Caetera altaria indotata.

Fructus mensae Spiritus S. annue ad 200 fl. Quaedam bona oppignorata jamjam, ut inquit schulterus, restituentur.

## 2. Kerkvisitaties van Thomas Stricken in het dekenaat Helmond, 1619-1625.

De twee vroegste kerkvisitaties in het dekenaat Helmond door de landdeken van het district kennen wij slechts toevallig uit de Helmondse kerkrekeningen. De eerste geschiedde in of omstreeks 1607 (kerkrekening 1606-1608), de tweede in 1612<sup>19</sup>). Namens bisschop N. van Zoes kwam op 29 jan. 1616 de scholaster van St. Oedenrode, Jan Janssens van Aerle, te paard de parochiekerk van Helmond visiteren<sup>20</sup>).

Meer regelmatige kerkvisitaties over het gehele dekenaat Helmond zijn ons eerst bekend van de landdeken Thomas Stricken, pastoor te Asten. Vermoedelijk liet hij zich volgens voorschrift door een secretaris of door een of ander priester bij zijn visitaties assisteren, hoewel dit nergens blijkt. De eerste van de door hem gehouden visitaties nog aanwezige verslagen zijn van 1619<sup>21</sup>).

### Verslag over 1619. Lierop.

Visitavit ecclesiam de Lyrop anno 1619 14 maii ex nomine et mandato Rev.mi D. Nicolai Zoes Thomas Stricken, pastor ecclesiae de Asten.

Catechisatio ibidem hactenus non est facta, in fieri est consulto magistratu. Registrum ecclesiae quoad baptisatos et matrimonium contrahentes exactius servetur. Irreparata manent quae precedenti anno R[ev.ma] S[ua] P[aternitas] Domino [praeposito] Postulano per litteras ut repararet injunxerat. Confessionalia cancellata neccum erant extracta; mulctavimus pastorem 3 r[enens. fl.]. Patenam cupream immundam nobiscum sumpsimus.

Jan Dias, molitor in Stipdonck, nec hoc nec praecedenti anno communicavit, nec idipsum aliò faciendi a pastore licentiam obtinuit neque rogavit.

Capellanus sepe frequentat tabernas.

### Mierlo.

In Mierloe visitavimus ecclesiam S. Luciae 14 [mii] anno 1619. Het donsgelt observatur ac pastori, contra id intento abrogare ac inhibere, arbores amputarunt<sup>22</sup>). Caemiterium neccum erat clausum.

Sacellanus sacelli S. Agatae in Ligno sepe frequentat tabernas et dissolutus nimium in verbis.

Nuenen.

Visitatum in Nuenen 15 maii.

Patenam cupream ibidem inventam ad tempus breve permisi, promittebant illam in argenteam mutare. Corporale, quo utebatur pastor, mundum non erat. Imagines quaedam reparandae in altari prope ostium chori.

Gerwen.

Facta est visitatio eodem in Gerwen.

Rectores guldae S. Crucis computum reddant coram pastore et scabinis ad morem aedilium. Caetera omnia bene.

Stiphout.

Visitatum est in Stiphout 15 [maii].

Sedes confessionales non erant extractae; mulctavimus pastorem 3 r. Aediles non fecerant computum, nec rectores mensae pauperum. Pastor intelligibiliter post conciones [non] dicit pater noster, symbolum, decem praecepta, nec instituit catechisationem. Et a duobus annis non tulit S. Oleum, dicit se Eyndhovia attulisse. Coemiterium non erat clausum.

Jaspar Henricx non communicavit.

In Stiphout non solverunt jura, nec de hoc, nec de praecedenti anno.

Lieshout.

In Lieshout facta est visitatio 16 maii.

Abbas [Floreffiensis] nihil eorum, quae R.V.P. in scriptis mandaverat, praestitit. Ampullae S. Olii necessarie reparandae, nulla habent coöpercula firma ac integra.

Henricus Mulders non communicavit, nec hoc nec praecedenti anno.

Imagines in capella S. Antonii, [quam visitavimus] in transitu, bene sunt reparata. Henrico Peters ordinavimus, ut litteras et alia munimenta ejusdem capellae quamprimum tradat, sub tali forma:

Henrick Peters, minen goeden vriendt, ghij sult weeten, dat wij Ul. peremptorie belasten ende seer scerpelick bevelen, dat Ul. alsulcken brieven, bescheet ende munimenten als ghij by U hebt

berustende aengaende de capelle van S. Antonis, sult hebben promptelick over te geeven in presentie van de capelmeesters aan Ul. pastor ende dat naer insinuatie deses binnen vierentwentic uren op eenen peen van ses rijns gl. [ten] verbuerte aen het seminarium, Actum 15 [maii] 1619 Lyshout.

#### Beek.

Visitatum est in Beeck 16 maii.

Joest Fabers sedet in concubinato cum quadam Chuilhelma Henrici, quae non communicavit in Paschate.

Patena calicis pastoris erat cuprea, promittebant meliorem. Coemiterium non erat sufficienter clausum. Tollatur het donsgeldt.

Domicella de Gerwen non communicavit <sup>23)</sup>.

#### Rixtel.

Facta est visitatio in Rixtel 17 maii.

Ingressus ille quoad tabellatum <sup>24)</sup> in alium locum differatur, ut vicecuratus habeat libertatem ad confessiones.

#### Helmond.

Visitavimus ecclesiam S. Lamberti in Helmont 16 maii. <sup>25)</sup>

D. Servatius [Verbaerschot] negligit officium missae ven. Sacramenti; etiam preter contractum, initum inter rectores mensae S. Spiritus et D. Simonem [van Merevoort], usurpat sibi fructus missae faciendae in altari divorum Petri et Pauli ac idem sacrum D. Servatius aliquando facit et interdum non.

Sacellani ibidem servant antiquum modum frequentandi tabernas. Godefridus Everardi in Paschate non communicavit. Johannes Goch sepe admonitus non desistit scandalose vivere. Coemiterium profanatur, maculatur, nec librum habetur; ac eodem coemiterio utantur tamquam propriis terris, ita si postmodum toleretur, vertent quasi in propria bona. Ordinatum est praecedenti anno ut abstinerent, nec quicquid observatur.

Gravis questio et lis est inter aediles et beneficiatos quoad certos redditus, quos aediles levant, ac beneficiati pro onere nihil habent; quae sine presentia R.S.P. non facile poterit sopiri.

Abrogetur consuetudo pessima cerevisiam in vasa fundendi diebus dominicis et festivis <sup>26)</sup>, similiter dealbandi lintea ac lavandi.

## Budel.

Visitatum in Budel 23 maii.

Pastor et sacellanus jaculati sunt ad psittacum et a D. Petro [sacellano] casu dejectus; antiqua consuetudo aliquo modo illos excusat.

Quoad parietes, pavimentum, fenestras templi et crustationem parietum chori et caetera alia a R.S.P. ordinata, nihil mutatum erat <sup>27</sup>). Confessionalia cancellata desunt. Rectores mensae S. Spiritus et fabricae non habebant reddere computum <sup>28</sup>), nec pastor audire nisi sub 5 st. redemptione pro singulis vasis [siliginis] <sup>29</sup>). Deinde rectores fabricae et mensae S. Spiritus plane renuntiare exigere quinque asses pro redemptione siliginis ac librum in praesenti proiecerunt ad pedes pastoris, nolentes amplius servire et debita exigere sub tali onere contra mandatum R.S.P.

Coemiterium non est clausum. Dirck Renckens haereticus non communicavit. Libri superstitiosi cuiusdam magistri Johannis ibidem habitantis vulcano traditi sunt.

## Maarheze.

Visitatum in Marhese 24 maii.

Capitulum Eyndhoviense hactenus ad reparationem ecclesiae dedit decem renenses, nunc autem in posterum nihil amplius tribuere volunt, quare provideatur oportet.

Johannes Cuitius, canonicus Eyndhoviensis, necdum altare suum nec antependio nec mappis vestivit; manutergium in aedicula sacri fontis deest; confessionalia cancellata desunt.

Jan Martens non communicavit.

## Bakel.

Visitatio facta in Baeckel 19 junii.

Pastor necdum inceperat catechizare, nec mane nec in summo sacro <sup>30</sup>). Aedicula ven. Sacramenti necdum erat obserata. Duo viri S. Eucharistiam committuntur. Tollatur het donsgelt et proclamationes forenses, quae in ecclesia fiunt.

Sebastianus Antonii non communicavit in Paschate. Adrianus Theodori et Henrica Nunensis fecerunt divortium.

Godefridus Johannis fecit professionem fidei et ad docendum pueros, previo examine idoneus inventus, admissus.

Proles ultra tertium diem a baptismo detinentur.

## Erp.

Visitatio ecclesiae S. Servatii in Erp 19 junii 1619.

Pastor non catechisat. Custos agit procuratorem. Archiva cum tribus distinctis seris desiderantur.

Praeter het donsgelt alius longe pejor abusus est, nam sponsi debent redimere sponsas, quando ex aliena parochia abducant in Erp, coacti fuerunt redimere quindecim florenis, et ex Oedenroij 20 fl.

## Gemert.

Visitatum in Gemert.

Invenimus pastorem decumbentem. Non fit catechisatio. Sedes cancellatae confessionales erant in fieri.

Commendator [Hendrik van Holtrop] dedit pixidem argenteam parvam, qua defertur ven. Sacramentum ad aegrotos, et nihilominus in ecclesia ut in precedenti anno ministrabant ex quodam corporali non satis mundo.

Petrus van den Audenhoven cum tota sua familia in festo Paschatis propter dissidium non communicavit, nec Simon van den Nywenhuys.

Viget et ibi magnus ille abusus taxandi sponsas.

## Milheze.

Visitavimus 20 junii capellam S. Antonii in Milheze.

Reparentur facies imaginum in summo altari et murus et tectum versus austrum.

## Deurne.

Visitavimus ecclesiam Doernensem 24 mensis junii.

Pastor conqueritur de Baeckel, ubi D. Petrus curam poastoralem dimisit, et quod utraeque ecclesiae sufficienter non per ipsum possunt deserviri; quare provideatur oportet.

Desideratur in praefata ecclesia una sedes cancellata. Coemiterium non est bene clausum.

Domicella in Lijssel in Paschate non communicavit; jam habitat Silveducis.

In delicatione processio aliquando protrahitur ad primam usque vel secundam; in qua fiunt multi abusus, pugnae et aliae inconvenientiae et insolentiae, quae vel tolli oportet, vel non debet circumferri Ven. Sacramentum.

## Someren.

Visitatum in Someren 29 junii.

Mr. Marcellius jam ab uno anno non fecit neque celebravit, neque per alium celebrari curavit sacra altari S. Brigittae incumbentia, cujus est ipse rector et dequitavit unum redditum et non ibidem applicavit <sup>31</sup>).

Coemiterium non erat clausum. Catechisatio aliquando ibi fit et sepius non. Reparantur aedes pastoris.

Thomas Stricken, pastor in Asten.

## Verslag over 1620.

Visitatio ecclesiarum decanatus Helmondensis facta anno 1620 autoritate R. D. Nicolai Episcopi Buscoduc. per me, Thomam Stricken, pastorem in Asten et decanum districtus Helmond.

## Deurne.

Visitatio ecclesiae parochialis S. Willibrordi in Dorne facta est 25 maii pastore, capellano, praetore, aedituis, duobus scabinis et magistris mensae S. Spiritus presentibus.

Pastor non catechisat et dicit se durante lite non posse hoc facere. Abusus equittandi in processione, ubi ven. Sacramentum deportatur, manet; spero in posterum auxilio domini temporalis posse abrogari.

Domicella in Lijssel, quae suum domicilium Silveducis habet, in Paschate non communicavit, cum tamen ibi per totum illud tempus fuit; jam denuo Silveducis moratur.

Eodem die capella S. Antonii ibidem fuit visitata. Pavimentum ejusdem immundum et cetera ornamenta omnia immunda et lacera. Ordinatum est officianti, ut libram illam flandricam, quam hactenus solet dare rectori, daret et impenderet ad duos annos pro mappis aliisque ornamentis.

## Bakel.

Fuit eodem die visitatum in Baeckel.

Aediles ibidem necdum fecerant computum, nec rectores mensae pauperum. Ordinatum fuit illis, ut intra unum mensem redderent sub pena trium florenorum, seminario applicand[orum].

Adrianus den Snider et Henrica van Nunen manent propria autoritate, sine judicio ecclesiae intercedendo, in divortio atten-

tato. Ida Antonii Johannis ibidem D. Petrum, capellanum in Boekel, super rebus deperditis consuluit.

#### Mierlo.

Anno eodem 26 maii visitatum in Mirloo.

Pastor et caeteri capellani ibidem satis bene suis funguntur officiis, excepto D. Laurentio, capellano in Ligno, qui sepe frequentat tabernas, raro confitetur et quibus incertum est; in initio quadragesimae dicit se fuisse confessum cuidam ignoto Dominicano, in Paschate Minoritae Weertensi.

Johannes, miles ibidem, idque propter haeresim non communicavit, neque Botter Jan auriga; suspicatur quoque quod propter haeresim omiserit. Viget ibi adhuc het donsgelt. De modis quesivimus quibus posset commodius tolli. Responderunt praecipui ex scabinis nullo modo ibi posse fieri sine gravi mandato et auctoritate nostri Principis.

#### Lierop.

Post prandium eodem die visitatum in Lierop.

Corporale pastoris erat immundum; capellanus aliquando adhuc frequentat tabernas. Claudatur coemiterium, ne porcis aut allis immundis bestiis pateat accessus. Confessionalia cancellata desunt, nec mulctam de praecedenti anno pro seminario dederunt.

#### Someren.

Visitavimus 26 maii ecclesiam parochialem S. Lamberti in Someren.

Coemiterium non erat sufficienter clausum, neque aedes pastoris reparatae. Jacobus Vlincken et Antonius nomine Iven, in indulgentiis<sup>34</sup>), sed in Paschate non communicarunt, neque Johannes van Doren, qui videtur hoc omisisse ex quadam desperatione.

Aediles non recipiunt nisi quinque stuferos pro unoquoque vase siliginis.

#### Asten.

Fuit visitatum 29 maii in Asten.

Rectores mensae pauperum et aediles recipiunt nisi quinque stuferos pro unoquoque vase. Negant matriculario siliginem et panes prebendales debitores.

Decani gildae S. Catharinae, sufficienter tamen moniti, rigore nimis renuunt reddere computum.

#### Budel.

Visitatum in Budel 29 maii.

Graves deposuerunt Bulenses querelas contra Adamum, receptorem capituli Aquisgranensis, quoad reparationem templi. <sup>35)</sup> Cum tamen Rev. mus D. ad istum finem ordinaverat impendendos 600 ren., reparavit et impendit praedictus Adam circiter, secundum pastoris ac scabinorum aediliumque iudicium, 250 ren.

Praeterae mandatum Rev. mi D. quoad exclusionem passerum, qui tamen magnam turpitudinem altaribus ac immunditiam inferunt, non est executioni mandatum. Tabula in summo altari ordinata necdum confecta est. Sedes confessionales non sunt.

In Paschate non communicarunt Dirck Henskens, obstinatus haereticus, Jan Tonissen cum fratre Henrico, etiam haeretici, Jan Hubens, Jan Tyssen, Nelis Moldersen ejusdem farinae.

Rectores fabricae et S. Spiritus tantum accipiunt pro redemptione siliginis stuferum et renuunt adhuc exigere 5 asses, cum tamen cum illo onere vendunt et emunt sua bona.

#### Maarheze.

Visitatum in Marhese anno 1620 29 maii.

Canonicus Cutius Eyndhoviensis <sup>36)</sup> nec vestivit altare suum antipendio, nec mappis. Desunt adhuc confessionalia cancellata; exigenda mulcta 3 fl. Consules <sup>37)</sup> exigunt diebus dominicis et festivis contributiones. Infantes non statim intra triduum baptisuntur.

Johannes Mariae Rutten filius cum fratre in Paschate non communicarunt; de facto sunt in Hollandia.

Rectores pauperum praedecessores reddent computum intra S. Johannis sub poena sex ren., quod ipsis ordinatum est.

Margareta Pompen distulit exequias mariti sui et filii in 3 um annum.

Zoerendonk. In altari tantum erat una mappa. A Nativitate Domini celebravit D. Henricus calice non consecrato.

#### Gemert.

Visitatio facta in Gemert 1 junii anno 1620.

Vidua Gerardi Michaelis cum filio Paschate non communicavit

propter hæresim. Rectores pauperum nec aediles fecerunt computus. Aedicula illa lapidea in introitu pagi reparanda. Aediles diebus festivis non circumeunt. Superpellicia mundanda. Sacerdotem cum Eucharistia ad aegrotos accedentem duo viri non committantur. Ordinatur scyphus argenteus pro conservanda S. Synaxi. Similiter ampullae S. Olei stanneae in argenteas commutandae, tali scripto:

R. D. Pastor.

Vi [si]tantes ecclesiam vestram offendimus Ven. Sacramentum conservari in mappa vel corporali, quod nonnihil videtur esse contra reverentiam ac cultum devotum ejusdem Sacramenti Ven.; quare decentius ac honestius esset, si ad id conservandum scyphum aut thecam argenteam procuraretis ac etiam D. commendatorem commoneretis, ut similiter ad id aliquid contribuere dignaretur. Similiter ampullas Olei sacri, quae stanneae sunt, in argenteas commutetis, quod ut fiat, serio de mandato Rev.mi nostri mandamus. Ave et vale.

Hac 1a junii 1620.

Beek.

Eadem die in Beek.

Judocus Fabritius habet adhuc secum Guilelanam famulam bis a se impraegnatam. Francisca Moninx, uxor Gerwen, in Paschate non communicavit et fuit apud Gravienses in Paschate. Item Petrus textor non communicavit, neque hoc neque praecedenti anno; is serio mihi promisit se hoc velle facere in festo Pentecostes.

D. Jacobus a novem mensibus non celebravit in Beek, cum sit tamen rector altaris S. Johannis. Antependium procuravit, sed non cortinas.

Helmond.

Visitatum Helmondæ 2 junii.

Coemiterium cingendum. Het donsgelt adhuc exigitur. Diebus dominicis et festivis braxatur et cerevisia in vasa infunditur. Non catechisatur. Pavimentum scholae sternendum. D. Servatius a nuptiis domini temporalis non fecit officium nec celebravit, nec ante etiam aliquando.

Saxum sepulturae non patrocinatorum successoribus, quominus teneantur ad jura ecclesiae denuo sub eodem saxo sepeliendis.

Diebus dominicis et festivis linthea dealbantur.

Non communicavit in Paschate Johannes Goch ob lites, quas se

dicebat habere contra pretorem; tamen aliquo modo suspectus. Nec Lysken Schepers propter divortium.

In introitu domini temporalis sacellanus in Stiphout se valde ridiculose gessit per ebrietatem suam ac magnum scandalum prae-buit <sup>38</sup>).

Rixtel.

Eadem die in Rixtel 1620.

Schala e choro nondum remota. Tectum stramineum commu-tandum. Imago ista sine naso a summo altari semovenda.

Stiphout.

Visitatum in Stiphout 2 junii.

Coemiterium non est cinctum. Tectum superius necessario re-parandum.

D. Johannes Ein[d]houts procuret in suo altari duas mappas mundas consecratas et D. Michael [van Merevoort], canonicus Eindhoviensis et pastor in Stratum, procuret ornamenta in altari suo ven. Sacramenti.

Acervus iste lapidum versus occidentem ejiciendus. Adhuc pro commoditate peregrinorum advenientium curentur duo confessio-nalia cancellata. Deinde pastor majorem curam et diligentiam exhibeat erga infirmos ac magis officiosum sese iis praebeat.

Verslag over 1621.

Het verslag was begeleid van navolgend schrijven aan de bisschop:

Pax Christi Jesu.

Rev. me Pater in Christo.

Mitto cum presentium latore precipuarum ecclesiarum nostri dis-trictus Helmont acta visitationis.

In Gemert non fui, Gravienses <sup>39</sup>) satis sepe ibi visitant; time-bam ne me et bursam meam visitassent. In Mierloe, Arle et Beeck quesivi et intellexi a vicinis pastoribus omnia bene esse. Ecclesia Budelensis manet in antiquo quasi stabulum reperta, ideoque ro-gant obnixe R.V.P. quatenus in hoc eos juvare dignetur.

A longo tempore fui valetudinarius, si forte congregationi de-canorum non intersim, habeat me R.S.P. excusatum.

Valeat in Christo Jesu, cui supplex ero in sacrificiis, ut R.V.P. diu servet incolumen. Raptim ex Asten hac 17 julii 1621.

R.V.P. humilis servus

Thomas Stricken, pastor ibidem.

## Someren.

Visitatum in Someren anno 1621 die vero mensis julii 17.

Primo diversi serio separatim examinati super hoc, quod pastor sepe tabernas publicas frequentaret et an se nimio potu etiam usque ad medium noctis ingurgitet? An etiam sensuum suorum aliquando impotem reddat et offencicula ponat in populo?

Responderunt quod non, aliquando vocatus ad certa et urgentia negotia biberet unum poculum et semper una hora aut duabus tempestive domum rediret.

D. Franciscus Berckvens, qui fuit capellanus in Someren, jam pastor in Herpen, et D. Henricus Lyropius in quodam diversorio magna offencicula in populo posuerunt bibendo noctes atque dies. D. Henricus fuit ibidem inventus dormiens summo mane in scamno, habens corbum sub capite. D. Franciscus quamdam Somerensem nomine Godefridam Gielen et aliam feminam sine causa percusserat.

## Helmond.

Visitatum eodem die in Helmond.

D. Servatius praestat officium vel onera illi in ecclesia incumbentia.

Jan van Goch cum concubina. Erant aliqui, qui non communicaverant, quos D. pastor sperat adhuc convertere. Coemiterium manet ut precedenti anno.

## Rixtel.

In Rixtel eodem die. Pastor in Helmont et pretor in Lyshout sequente die contulerunt se Floreffiam, ut cum abbate agerent, quatenus tectum stramineum necessarie commutandum mutare non vellet. <sup>40)</sup>

## Lierop.

In Lyrop eodem die. Serae cistarum in ecclesia diversibus vicibus reseratae erant et pecuniae et res aliae ablatae, sed ignorabant per quem; habebant suspicionem de D. Henrico, sed nihil certum.

## Bakel.

Visitatum Baekel. Destituti Baeckelenses multum conqueruntur, quod in festo S. Johannis et reliquis diebus dominicis et festis non habuerunt sacra nec conciones. <sup>41)</sup>

## Verslag over 1623.

Visitatio ecclesiarum decanatus Helmondensis facta anno 1623 in julio R. D. Nicolai Episcopi Buscod. autoritate per D. Thomam Stricken, pastorem in Asten, decanum districtus ejusdem.

## Lierop.

Vistata est ecclesia in Lyrop 6 julii 1623, cujus ecclesiae patronus est dulcissimum Nomen Jesu, presentibus pastore, praetore, Henrico van Cranen[broeck?] aedili et Luca et Francisco Martens, mensae S. Spiritus rectoribus.

Obstetricium non est servare sal benedictum in baptismo, quod tamen hic fit.

D. Pastor propter indispositionem organi auditus inhabilis plane est ad excipiendas confessiones poenitentium, non enim possunt fieri sub secreto, quia surdaster <sup>42</sup>). In concionibus suis pastor aliquando refert ludrica, ad Verbum Dei ac populi instructionem non pertinentia, sed populum potius ad risum moventia. Etiam cum magno scandalo jam post festum Pentecostes suos parochianos post concionem objurgavit eo quod intellexerat illos libenter voluisse habere alium pastorem et reprehendit tunc defunctum decanum Somerensem pie memoriae in suggestu. <sup>43</sup>).

In administratione S. Eucharistiae infirmorum non comitantur duo viri. Corporalia immunda et superpellicia. Desunt confessionalia cancellata. Non servatur lumen coram Vener. Sacramento.

Examinetur uxor Tonekens pauperrima, quae vixit in adulterio ac prolem concepit, quae fere incorrigibilis habetur. <sup>44</sup>)

## Bakel en Milheze.

Visitatum in Baeckel 7 julii presentibus D. Johanne van Hoeve pastore, D. Petro Heyackers, Martino de Wyt aedituo et aliis.

Non servatur lampas ardens coram Ven. Sacramento. D. Paulus, rector sacelli in Milhese, introducit puerperas purificandas in sacellum contra voluntatem, quod prohibitum ipsi est.

In Hilhese fiunt nimis magni sumptus et expensae in reddendo computu. Coemiterium non erat clausum.

## Deurne.

Visitatum in Durne 7 julii 1623. Pastorem ad aegrotos Eucharistiam deferentem duo semper viri comitantur. Pastor post vesperas

vel mane catechiset per se vel per alium, D. Petrus Bosman et D. Cornelius sacellanus dicunt se habere reductionem missarum super beneficiis B. Mariae, S. S. Petri et Pauli, Crucis et Antonii in ecclesia parochiali et extra ecclesiam in sacello dicto Velt-hoeven. Confessionalia adhuc duo requiruntur. Aditus templi intermedius ampliandus ac cistae nonnihil removendae. Quaestio quoad lateres coquendos inter parochiam et appendicem Lysel adhuc perseveratur. Puerperae purificandae necessarie habebunt visitare templum parochiale. Domicella in Lysel a tribus annis non communicavit in Paschate. Ut diebus dominicis catechisetur mandatur pastori.

Habita visitatione in ecclesia parochiali de Durne 7 julii 1623, idque de mandato Rev.mi D., offendimus et vidimus valde necessarium, ut ecclesiae praefatae summo altari provideatur de novo pedistagio ac novis cortinis; quare mandamus generoso D. Com-mendatori ac alteri, ad haec restauranda obligato, quatenus intra tres menses haec restauranda restaurent ac restaurari procurent. Actum in Durne, ut supra <sup>45</sup>).

Th. Stricken.

Maarheze.

Julii 10 visitata est ecclesia parochialis de Marheze, cujus patrona S. Gertrudis. Sacellanus saepe frequentat tabernas et quidem publice cum aliis juvenibus potitando, saltando, <sup>46</sup>) Idem non gestat habitum ecclesiasticum, nec tonsuram clericalem; non catechisatur. D. Sacellano sub poena unius dalleri ordinatum est, ut faciat cassacum. Non servatur constitutio de servanda lucerna ardente ante Venerabile Sacramentum <sup>47</sup>). Pavimentum circa summum altare reparandum; similiter pedistagium S. Barbarae necessarie reparandum. Multi tum candidatores tum candidatrices in Paschate non communicarunt. Art Jansen cum haeredibus Berchmans, defunctus rector S. Spiritus, compellendus ad exhibendum computum et reliqua suorum receptorum ratione suae administrationis. Est hic in Marheze quaedam infamis „berta” nomine Johanna Silvaeducensis, habitans apud Henricum Berchmans juniorem, habens prolem penes se, quam spargitur ex pastore Peltano concepisse, qui tribus dominicis consequentibus fuit in Marheze; ibi fertur haec visa et ipsum admisisse in suo hospitio.

Budel.

Eadem die visitata est ecclesia de Budel, cujus patrona est S. Maria. Pastor D. Godefridus Jegers absens. Quoad vitam, con-

versationem pastoris et sacellani omnia bene, nisi quod aliquando visitent tabernas. Pastor manet in culpa quominus solvatur capellano ex beneficiis assignata merces. In administratione S. Eucharistiae non semper comitantur duo viri.

Portio a capitulo Aquisgranensi ecclesiae Budellensi assignata, quae erat 600 fl., in reparationem ejusdem non bene et utiliter impensa. Reparatio exinde facta vix attingit 200 ren., testes sunt oculi nostri et aediles, secretarius, custos, D. Petrus et omnes presentes dicebant reparationem illam per Adamum factam nomine Aquisgranensium vix attingere aut saltem non excedere summam 200 ren. Adamus receptor capituli excusat dicendo quod rationem et calculationem exhibuerit eorum, quae a capitulo injuncta erant in reparationem ecclesiae coram Rev.mo. Irreparata manet ecclesia, columnae incrustatae, pavementum nullatenus stratum. Spero quod brevi veniet aliquid boni per drossardum, quem ad hoc unice requisivi, qui et promisit omnem dilligentiam pro ea se adhibiturum.

Aedituis ordinatur sub poena 3 fl., ut infra mensem computum suum exhibeant. Redditus ecclesiae ac mensae Spiritus Sancti non utiliter satis exiguntur ac singula vasa [siliginis] permittunt redimi duobus assibus cum dimidio.

#### Mierlo.

Visitata est ecclesia in Mierlo 11 julii, cujus patrona est S. Lucia, in absentia pastoris, qui tunc erat in Tongelroe. D. Antonius [Pas] plus satis quam sacerdotem decet tabernas frequentat et quidem cum juventute, unde aliquando non mediocre oritur scandalum. Beneficium S. Agathae, cujus rector est pastor Dommellanus habens onus duarum missarum, non administratur. Ante ven. Sacramentum lucerna ardens juxta exigentiam Suarum Celsitudinum.

#### Stiphout.

Julii 11 visitatum est templum in Stiphout, cujus patronus est S. Trudo, presentibus mr. Gera[r]do Verdonck, rectoribus mensae S. Spiritus et mamburnis ecclesiae in absentia pastoris.

Pastor non catechizat, nec intelligibiliter in suggestu recitat orationem dominicam, credo et decem praecepta. Quod erat dictum et mihi Mechlinia scriptum de confessione, quod pastor dixisset in suggestu: „Eens gebicht, genoch gebicht, malleem carere offertorio quam audire confessiones”, non est verum de pastore, sed de ca-

pellano, D. Tilmanno, qui dixit ante altare non solum quod fuit scandalosum, sed haereticum.

Pastor vendit hinc inde simplicibus aquam, qualem nescitur; addit de cereo paschali <sup>48</sup>). Aeditui non fecerunt computum ab anno 1620; parati facere quando ipsis a pastore injungitur. Calix inventus est sordidus, purificatorium sordidum et laceratum, Murus circa coemiterium debet reparari, similiter pictura Christi crucem portantis extra templum versus orientem debet refici, ne transeuntibus pro devotione praebet occasionem scandali, vel omnio deleri. Ambitus putei debet ad duos pedes elevari in coemiterio.

#### Rixtel.

Julii 18 visitata est ecclesia de Rixtel, cujus patrona est S. Margareta.

Id quod fuit dictum de capellano D. Henrico, quod saepe frequentaret tabernas, verum non est, sed aliquando ludit cum honestis personis taxillis recreationis ergo, ut asserit proprius pastor, mamburni ecclesiae et alii. Guilhelmus Duinhoven et Adrianus Hes non fecerant computum; ordinatum est illis ut faciant infra mensem, sub poena trium fl. ecclesiae ibidem applicandorum, computum bonorum et reddituum confraternitatus B. Margaretae virg. Magister Thomas non communicavit in Paschate in parochia; an alibi nescitur. Schala a choro nondum sublata, cum tamen in postrema visitatione sub poena sex fl. sit illis, ad quos pertinet, mandatum.

#### Aarle.

Anno 1623 8 julii visitatum est templum B. Mariae in Arlen presentibus ibidem D. Johanne pastore et aliis requisitis. Pastor in omnibus satisfacit officio suo. Capellanus et alius D. beneficiatus aliquando frequentant tabernas et ludunt taxillis, sed valde raro et sine scandalo. Gubernator in Croi, Georgius, non communicavit in Paschate.

#### Beek.

Eadem die visitata est ecclesia parochialis de Beek prope Arlen presentibus D. Johanne, pastore in Arlen, pastore ibidem, mamburnis et aliis. Pastor praedictae ecclesiae aliquoties frequentat tabernas, habens talem aliqualem causam. D. Johannes Eyn[d]-houts celebrat unam tantum missam in altari S. Antonii, cum

habeat plures, ut constat ex rescriptione. Pastor incepit cantare laudes in honorem ven. Sacramenti. D. Johannes Amelii habebit singulis diebus dominicis lectionem catechisticam et habebit pro aliquali mercede honorarium decem fl. a rectoribus mensae S. Spiritus et quatuor a pago. Mandatur provisoribus mensae S. Spiritus, ut infra mensem faciant computum; D. Jacobus Petri per integram annum 1619 neglexit missas beneficii sui et tenetur et obligatur ad reparationem beneficii seu altaris S. Johannis Evang. in ecclesia Becana et nihil aut valde parum reparavit, ut ipsi dicunt.

#### Gemert.

Visitata est ecclesia de Gemert, cujus patrouns est Johannes Bapt. Pastor decumbens sustentatur pane tribulationis et aqua angustiae. 49) Cappelani ipsius et custos in choro sunt satis immundi. D. Anselmus incipiet lectionem catechisticam et habebit mercedem suam aliqualem, partim a pastore, partim a mamburnis S. Spiritus. Patronus ecclesiae reparetur quoad manum dextram, similiter et crux in summo altari posita; etiam ornamenta curent mundari sub poena trium fl.

Michael Cremers cum uxore in Paschate non communicavit propter litem, quam habet contra secretarium, nec Johannes Michaelis cum matre, Simon van Nieuwenhuysen cum Johanne fratre suo non communicavit.

#### Someren.

Visitatum est templum in Someren 14 julii 1623, cujus parochialis ecclesiae patronus est divus Lambertus. D. Pastor dictae ecclesiae aliquoties frequentat tabernas, habens tamen causam aliqualem. Coemiterium necessario cingendum est; etiam statua patroni novis coloribus obducenda. Omnia munimenta, libri, fundationes ac alia beneficia pertinentia in archivis deponenda. Ordinatur rectoribus sacelli, ut intra duos menses reparent sacellum ac de tecto novo provideant.

#### Asten.

Visitatio ecclesiae in Asten 16 julii facta est, patrona est S. Maria. Pastoratus ibidem non est sufficienter et canonicè dotatus. Singulis annis habet pastor novam a R. D. Delrio assignationem; exiguum et parum certi respectu tanti laboris habet. Ne igitur pastor singulis annis magnis sumptibus et magna temporis perditione,

proficiscendo Antverpam ubique quasi mendicando, competentiam quaerere cogatur, Ordinarii erit sine figura iudicii, audita nuda petitione pastoris, iustam competentiam per modum provisionis ipsi adjudicare. Haec sunt beneficia in ecclesia parochiali consecrata cum suis oneribus et fructibus:

In primis, summum altare in honorem S. Mariae consecratum habet quatuor missas.

Altare S. Mariae extra chorum habet 16 modios sub onere 5 missarum, deservitur per D. Theodorum Henrici quoad unam missam.

Beneficium S. Georgii, cuius rector est pastor in Meyel; deservitur per eundem, sed raro venit; habet annue 10 modios et unum pateconem sub onere trium missarum.

Altare S. S. Cornelii et Antonii, cuius rector est D. Theodorus de Zeilberch et deservitur per diversos quoad duas missas; habet 14 modios in sacco cum onere quatuor missarum cum dimidia in duabus [9 in 4] septimanis.

Altare S. S. Virg. Catharinae et Barbarae habet 7 modios sub onere duarum missarum; una celebratur.

Altare S. Crucis, cuius rector est mr. Wolphangus Idolet, habet 10 modios cum onere trium missarum; D. Theodorus capellanus celebrat duas.

Altare S. S. Adriani et Nicolai habet 12 modios et 14 florenos cum onere quatuor missarum; tres celebrantur.

Altare S. Spiritus, cuius rector est D. Arnoldus, capellanus in Ors<sup>50</sup>), et valent fructus annue duodecim modios siliginis sub onere 4 missarum; D. Theodorus, capellanus ibidem, unam celebrat.

Redditus et proventus annui altaris S. S. Andreae, Petri et Pauli 60 fl., habet secundum instrumentum foundationis quatuor missas, rector celebrat tres.

Durnensis quidam nomine Johannes Pex huc habitum venit, scandalose vivit; fornicator, adulter habetur, qui incorrigibilis existit, quia nullus auderet quicquam contra ipsum dicere; minatur incendium et ruinam.

Rectores gilde S. Catharinae non possunt cogi ad faciendum computum, cum tamen saepe illis hoc mandatum sit.

#### Verslag over 1625.

Dit verslag werd reeds uitgegeven in B. B. XXII 306-308. Ook deze visitatie geschiedde door deken Th. Stricken, maar het verslag is niet door hem geschreven.

3. Visitaties van Mattheus Langhecrusius, landdeken van het dekenaat Hilvarenbeek, in 1617.

Langhecrusius, deken en pastoor van Hilvarenbeek, visiteerde 12-21 april en 15-30 juni 1617 alle parochiekerken van zijn dekenaat, (behalve de kapittelkerken van Oirschot en zijn eigen parochie, waarvan de bisschop zich de visitatie voorbeheld). Het Verslag, dat hij op 10 juli aan bisschop Zoesius zond, was begeleid van dit schrijven:

Reverendissime Domine.

Quod ante dies aliquot fecisse debui, tandem facio. Habes hic visitationis meae acta, in quibus si multa, ut certum est, desiderabuntur, hoc visitanti partim, partim visitatis adscribendum, cum isti visitare, his visitari aequè insuetum fuerit ac insolens. Et quae temporis progressu exactius aliquando fieri possent, si sub ipsa principia attentarentur, minus felicem forsitan haberent successum. His vale, Reverendissime Domine, Deumque oro ut te, ecclesiae suae singulare lumen, diu lucere patiatur.

Hilvarenbeek anno a Nat. D. millesimo sexcentesimo decimo septimo, mensis vero julii die decima.

Rev.mae Dom. V. obsequentissimus

Mattheus Langhecrutius, pastor Hilvarenbecensis et decanus christianitatis.

Aan zijn verslag deed hij navolgende „puncta generalia” voorafgaan:

Puncta quaedam omnes fere parochias concernentia, quae hic praemituntur, ne saepius eadem repetere necesse sit.

Primum. Cum synodus Dioc. tit 7 cap. 11 districte observari velit ut juxta edictum Regiae Majestatis, in hac patria promulgatum, quando sacerdos ad administrandum aegrotis Sacramenta accersitur, semper duo ut minimum ex ipsius aegroti vicinis presbyterum cum custode a templo ad aegrotum deducant et inde ad ecclesiam reducant, injunctum [per me] est omnibus, quia nusquam ordinarie in usu erat, ut huic constitutioni obedirent.

Secundum. In capitulo pastorum anno 1616 29 augusti inter caetera publicatum fuit, ut aeditui in omnibus parochiis sub confectione circumirent collecturi ellemozynam pro reparatione eccle-

siae, quod nusquam in praxim deductum erat, nisi in sola ecclesia Poppellensi. Undi injunctum caeteris omnibus, ut primo quoque tempore huic ordinationi Rev.mi D. obtemperarent.

Tertium. Publicatum insuper erat, ut confessionalia cancellata ubique extrurerentur, quod itidem in paucis ecclesiis observatum videre licet, videlicet Tilburgensi, Berzensibus, Vessemiensi, Bestana. Unde etiam caeteris omnibus injunctum, ne ulterius constructionem horum confessionalium differant. In aliquibus tamen parochiis dicuntur esse sub manibus opificis, videlicet in Diessen, Loon et Hapart.

Quartum. Quod in Synodo Dioc. tit. 2, cap. 14 dicitur, ut susceptio baptismi nulla de causa diutius quam ad tertium diem differatur, non bene observatur.

Quintum. Reditus siliginis, qui debentur mensis pauperum, cum ordinarie non habeatur ab incolis notitia, an in specie an secundum reductionem solvi debeant (quamvis in locis quibusdam notum sit, quod ante aliquot annos in specie solverentur) ordinarie secundum reductionem solvuntur. Monui autem singulos, ut diligentiam in certa notitia acquirenda adhiberent visitando munimenta originalia et sincere serioque hac in re pro majori bono mensae pauperum procederent.

Sextum. Omnes pastores commendantur a suis, quod honeste vivant et officio suo in praedicatione Verbi Dei et celebratione missarum, administratione Sacramentorum ac caeteris omnibus satisfaciant. Audiebatur tamen unius aut alterius querela de D. Pastore Gestelensi [Moergestel], quod non satis frequenter aegrotos inviseret et quod aliquando durius responderet cum noctu ad Sacramentorum administrationem vocatur, quod etiam aliquando particulatiter et quasi nominatim inveheretur in quosdam in publica concione. Alii omnes commendabant ipsum.

Septimum. Omnes itidem beneficiati primissarii, custodes et ludimagistri commendantur a vitae honestate et sufficientia in officio exequendo.

Octavum. Quod in capitulo pastorum publicatum fuit, ne pastores et omnes in sacris constituti edendi et bibendi causa tabernam nisi itineris aut alia ex causa ingrediantur, in maxima parte (quantum ex relatione eorum, qui convocati fuerunt, intelligere potui) bene servatur, a reliqua utcunque. Nullus tamen ut potator a communitate sua notatur.

Nonum. In corporalibus, purificatoriis, ornamentis et in hostiis consecratis, quae in usum infirmorum reservari solent, nullus apparuit notabilis defectus. Ad loci autem et vasculorum, quibus eadem hostiae consecratae custodiuntur, mundiciem quod spec-

tat, ea potuisset aliquibus — at paucis — in locis major esse. Sed de hoc moniti D. pastores quod hac in re erratum erat corrigent.

Decimum. Denique juxta ordinationem Rev.mi D., ante quadagesimam decanis christianitatis datam, injunctum omnibus ludi-magistris, ut post librum abecedarium (quamquam apud plurimos jam ea consuetudo invaluerat) doceant miniozem catechismum.

Dan volgt het eigenlijke visitatieverslag. Het dekenaal relaas over sommige parochies gaf bisschop Zoesius aanleiding tot het maken van enkele bemerkingen. Deze staan in margine, maar zijn door een ander geschreven.

#### Eersel

Acta visitationis in ecclesia Eersellensi 12 aprilis ante meridiem.

Dicit D. pastor, quod communitas abhinc annos 25 aut circiter vendiderat unam campanam et quod pecuniam inde receptam in usus proprios insumpserit, sed in hac re utpote majoris momenti nihil a me actum.

Injunctum custodi ut superpelliceum sibi emat aut ab ecclesia, si forte illa teneatur, sibi emi curet et ut juxta Syn. Dioc. tit. 18 cap. 3 in administratione Sacramentorum et officio divino superpelliceo indutus pastori assistat. Injunctum etiam D. primissario, ut habitu clericali incedat, quem videtur saepius relinquere.

Coemiterium adhuc sine omni sepimento est, veluti erat cum Rev.mus D. eandem ecclesiam visitaret, non obstante mandato quod Rev.mus D. aedituis tunc temporis dederat de muniendo, quod mandatum iis de novo inculcatum est.

Haereticus in hac communicate unus est, cui nomen Joannes Danielis, non tamen publice scandalosus.

#### Duisel.

Acta visitationis in ecclesia Duysellensi eadem die post meridiem

Nihil in hac ecclesia singulare occurrit praeter quae, jam in punctis generalibus praemissa sunt.

#### Wintelre.

Acta visitationis in ecclesia de Wintelre 13 aprilis ante meridiem.

Conqueruntur aeditui de Dominis canonicis Orshotanis, <sup>51)</sup> quod non provideant summo altari de calice argenteo, quia ille

calix argenteus, quo modo utitur D. pastor, perinet ad altare divae Virginis.

Conqueruntur etiam, quod jam multis annis intermissum sit sacrum unum, quod singulis feriis quartis deberet celebrari. Videtur autem incolis, quod ad illud sacrum obligentur D. canonici. <sup>52</sup>) Conqueruntur etiam de mala reparatione ecclesiae.

Injunctum aedituis ut emant libros convenientes ad inscribendum nomina eorum, qui baptizantur et matrimonium contrahunt, cum haec chartis quibusdam inscriberentur, quae facile possent amitti.

Habebant in computibus quasdam restantias, quae a multis retro actis annis cesserunt, quae omnes computus reddebant obscuros. Unde moniti sunt [aeditui], ut juxta Syn. Dioc. tit. 21, cap. 2 assumant certum receptorem, qui sub mercede eas exigat et colligat.

Audiebantur etiam aliquae quaerelae super administratione bonorum mensae pauperum et nominatim, quod Catharina Mathiae Judoci, quondam magistri mensae pauperum vidua, non plene satisfaceret mensae pauperum. Et cum proposuissem eam per litteras, quia domus ejus longe ab ecclesia distabat, monere, D. Gevartius, canonicus Oorschotanus missus a capitulo superveniens, dicebat examinationem computuum integre ad ipsum capitulum spectare. Unde nihil ulterius hac in re actum est <sup>53</sup>).

#### Vessem.

Acta visitationis in ecclesia Vessemiensi eadem die post meridiem. Injunctum D. primissario, qui et custos est, ut comparet sibi superpelliceum.

#### Arendonk.

Acta visitationis in ecclesia Arendonckana 20 aprilis ante meridiem.

Quidam ex scabinis dicit ante aliquos annos mutatas fuisse quasdam hypothecas bonorum mensae pauperum sine praevio consensu ordinarii. Sed cum meum non esset de hac re, utpote majoris momenti, ei jam praeterea aliquid statuere, illud unum monui, ut juxta Syn. Dioc. tit. 21, cap. 8 abstineret a bonorum ecclesiae et mensae pauperum venditione, permutatione, oppignoratione et alia quavis alienationis specie, nisi ad decretum Rev.mi D. in scriptis, sigillo suo munito, haberent. <sup>54</sup>)

Conqueritur D. Adrianus, rector altarium S.S. Annae et Brigidae, eo quod aliqui conentur competentiam suam, quam in eadem ecclesia habet (quae tamen competentia solummodo honesta est,

ut dicit, et sustentatione quasi debita et necessaria) in senecture diminuere, quod etiam satis communitati displicebat, eo quod praetactus D. Adrianus hisce turbulentis temporibus communitatem numquam deseruerit, at semper fideliter adstiterit. Et petebat D. Adrianus quatenus illud Rev.mo D. (cui paratus erat omnes suos proventus exhibere) vellem indicare, quod cum Sylvaeducis Rev.mo. D. adessem, coram feci. Sicuti etiam eodem tempore coram indicavi, quod communitas summopere vellet, quatenus fructus beneficiorum, qui ab absentibus percipiuntur, possent applicari ad sustentationem eorum, qui in loco resident et aliqua ecclesiae ministeria ibidem obeunt. <sup>55</sup>).

In choro altare portatile est. D. licentianus Kievits poenitentiarus habet foundationes omnium beneficiorum hujus ecclesiae. <sup>56</sup>)

Sunt hic diversi haeretici, quorum etiam aliqui frequentant Bredae <sup>57</sup>) coenam calvinisticam, sed nomina horum tradita sunt Rev.mo D. a pastore loci <sup>85</sup>).

#### Reusel.

Acta visitationis in ecclesia Reusselensi eadem die post meridiem.

Fiebant in ipsa ecclesia proclamationes forenses seu edicta saecularium judicum, at injunctum iis ut juxta Syn. Dioc. tit. 22, cap. 5 abusum tollerent.

Secretarius Reusselensis, qui et secretarius in Bladel est, ubi domicilium habet, vendidit sine consensu, ut apparet, ordinarii pratum quoddam spectans ad beneficium S. Anthonii, fundatum in ecclesia Reusselensi; cujus beneficii rector est filius ejus Laurentius, qui non residet, ex quo prato beneficiatus modo annue recipit redditum pecuniarium. Sed in hac re quia majoris ponderis nihil a me actum <sup>59</sup>).

Quae D. pastor habuit proponenda per certa puncta in scripto proposuit, ut cernere licet in libello hisce nostris affixō seu inserto. At quid in iss actum sit discurrendo per singula puncta patebit.

Het geschrift, dat alsdan door de pastoor aan de deken werd overgegeven en nog aan het verslag der visitatie is vastgehecht:

Quaedam proposita R. D. decano D. Mattheo Lange-crucio Becano ab Henrico Fabri pastore in visitatione ecclesiae Reuselensis.

1. Aedituis dignetur mandare, ut diligenter procurent reparationem chori et sacristiae et confectionem melioris calicis. Ad quae R. D. praepositus Postulensis videtur obligari, nam is omnes recipit decimas totius pagi nostri, tam majores quam minores. Et

Rev.mus D. dictum Rev. praepositum de reparatione admonuit. Et insuper dictus praepositus fatetur se teneri ad administrationem calicis vilioris materiae et ad usum quotidianum necessarii; atque ita, quia stannei modo sacerdotibus inhihentur, videtur etiam teneri ad meliores, quales modo ab omnibus requiruntur. Quibus non obstantibus saepius ad praedicta requisitus, praelatus Postulensis solummodo reparare voluit duo vitra et aliquam partem contribuere pro confectione calicis; reliquum onus in communitatem rejicit.

2. Dignetur etiam dictis aedituis mandare, ut altaria profana et profanata consecrari curent ante festum Nativitatis Joannis Bapt. proxime futurum juxta mandatum Rev.mi D.

3. Questio utrum illud curare ex parte non incumbit D. prelato Postulensi ob rationes supradictas. <sup>60</sup>).

4. Dignetur etiam aedituis mandare, ut sub concione circumneant eleemosynam collecturi pro reparatione ecclesiae. Item ut confessionale cancellatum extrui curent. Item ut canes a templo arceantur. Item ne coemiterium ad pastionem animalium immunorum elocetur et ut melius iis ocludatur.

5. Dignetur Rev.Vestra mandare rectoribus mensae S. Spiritus, ut duo simul suae administrationis computus faciant ante festum S. Bavonis vel Omnium Sanctorum proxime venturum <sup>61</sup>); nam hactenus aliquorum [debita?] desiderantur, quod accidit partim ob mentis defectum unius eorum, qui e vivis discessit, partim etiam ob temporum sterilitatem et debitorum paupertatem.

6. Dignetur a rectore Confraternitatis D. Mariae Virginis petere codicem dati et accepti. Nam dicti confratres alunt oves quasdam in honorem D. Virginis et alia quaedam recipiunt ex oblationibus; quorum fructus quosdam et emolumenta convertunt in pium usum, alia in usum secularem et indebitum.

7. Quaestio: Utrum non et alia, ni capitulo a Rev.mo D. proposita, populo debeant promulgari, videlicet quod pastor non debet assistere sponsalibus invitis aut insciis parentibus contrahendis, absque ordinarii licentia. Item quod sponsi sub eodem tecto manentes aut ante matrimonium concubentes poenam duodecim florenorum incurrant.

8. Quaeritur utrum huic constitutioni non addendum esse videatur hanc poenam debere exigere praefectum secularem, ne sibi criminis conscii, putantes pastores exacturos, crimen suum in confessione reticeant <sup>62</sup>). Item in quem usum dicta mulcta expendi debeat.

9. Voluit Rev.mus D. hujus dioecesis subditos ab esu carniū diebus sabbatinis intra Natalem Domini et Purificationem B. Vir-

ginis abstinere. Atque ita rationi consentaneum videtur, conformiter abstinere debere Postulentes, huic dioecesi subditos, ne eorum exemplum, quod alios dum aedificare conveniens est, ob talem discrepantiam magis destruat.

14. Item consentiebat Rev. mus D. ut pastores uno die publicarent, ne molitores in molendinis suis dominicis et festis diebus molant. Atque ita non incongruum esset omnes Rev. D. hujus dioecesis decanos opportuno tempore de die publicationis inter se convenire et postea pastoribus significare, ne molitores de damno conquerantur ex eo quod ii qui ad molendinum suum venire consueti sunt, ad alia iis diebus distraherentur.

11. Eâdem operâ repeti possent statuta de abstinence faciendâ dominicis et festis diebus ab omni opere servili.

12. Satis necessarium videtur pastores per totam dioecesim conformiter publicare ea quae ad praecavendas usuras inter alia statuerunt Concilia Primum Mechliniense, Primum item Buscoducense titulo De Usura.

13. Item quod dicitur in priori Conc. Busc. tit. De Baptismo cap. 6, ut susceptio baptismi nulla de causa diutius quam duobus diebus differatur, sive ut dicitur in posteriori Conc. Busc. eodem tit. cap. 14, ut baptismus nulla de causa diutius quam ad tertium diem differatur.

14. Item quod dicitur in 2<sup>o</sup> Busc. Conc. tit 1 De Fide, cap. 13, fixum domicilium apud catholicos concedi non debere hominibus ex aliis patriis haereticorum venientibus, nisi facta prius fidei catholicae professione.

15. Quaeritur item, utrum sufficiat ut talis fidei professio fiat coram pastore loci.

Hierna geeft Langhecrutius zijn mening aangaande de 15 punten:

Ad 1<sup>um</sup> punctum quod attinet, poterant quidem aeditui moneri, ut diligenter procurarent reparationem chori et sacristiae et confectionem melioris calicis, sed ad quae obligaretur R. D. Praepositus Postulensis non erat meum judicare. Proinde hoc prudentiae et auctoritati Rev. mi D. dixi relinquendum.

Ad 2<sup>um</sup> quod attinet, mandatum Rev. mi D. aedituis de novo inculcatum est.

ad 3<sup>um</sup> Non erat meum judicare, id iterum prudentiae et auctoritati Rev. mi D. relinquitur.

Quae 4<sup>o</sup> et 5<sup>o</sup> puncto proponuntur, aedituis et magistris mensae pauperum injuncta sunt.

Ad 6<sup>um</sup> quod attinet, quod oblationes non debeant converti in usum saecularem et indebitum, de hoc moniti sunt confratres.

At quod in eodem puncto dicitur, quod emolumenta, quae percipiunt ex eo quod oves alunt partim convertant in usum pium, partim in saecularem et indebitum, de hoc moniti non sunt ob hanc rationem: Quia cum ipsi confratres sibi mutuo has regulas de alendis ovibus constituent et nullam obligationem tales regulas constutuendi habeant, apparet quod emolumentorum ex iis provenientium dispositio et erogatio ab ipsis pendeat. Esto, hae oves vocantur Divae Virginis; at hoc nihil mutat in eorum intentione, qua ipsi sibi mutuo tales regulas de alendis ovibus constituunt et qua ipsi alendas suscipiunt. Et proinde non videtur ex eo concludi posse, quod teneantur omnia emolumenta inde provenientia expendere in usum pium. Videntur certe adhuc commendandi, quod communiter maximam partem in pium usum expendant. Et si in dispositione similium, quae nulla necessitate adacti faciunt, quis impedire vellet ne aliquatenus sensum suum sequantur, possent (ut id genus hominum est) totaliter omittere, unde altari D. Virginis plus damni quam lucri accideret.

Ad 7um quod attinet: Convenientissime ea posse publicari per pastorem ipsum in publica concione, ut in notitiam omnium deveniant, ne forte aliqui ignorantes haec decreta iisque contravenientes postmodum conquerendi habeant occasionem; isti ob confusionem sibi factam, quod non praemoniti repulsam a sponsalibus publice patiantur; hi vero, quod poenam legis solvere cogantur, cum ne quidem lex ipsa unquam ad ipsorum aures devenerit.

Quod puncto 8<sup>o</sup> dicitur, relinquatur iudicio Rev. mi D., qui legem hanc poenalem statuit.

Similiter quod puncto 9<sup>o</sup> dicitur.

Quod puncto 10<sup>o</sup> dicitur, cum de constitutione Rev. mi D. hac in re nihil mihi constet, id iterum ordinationi Rev. mi D. relinquatur.

Quae punctus 11, 12, 13 et 14 dicuntur, pastorum officium esse pro opportunitate ea populo serio seduloque inculcare et quantum in se est ut in praxim deducantur curare. At si Rev. mus D. velit ut conformiter per totam diocesim haec publicentur, ipsius super hac re constitutio exspectanda erit.

Ad 15um et ultimum quod attinet, apparet quod sic, cum in Conciliis de hisce hominibus nihil certi (ut de quibusdam aliis) statuatur. Et cum praxis non habeat, quod tales ad ordinarium pro fidei catholicae professione facienda mittantur, tacito saltem consensu videntur singuli pastores ad id ab ordinario deputati.

Dan gaat de visitator weer verder met zijn verslag.

## Hulsel.

Acta visitationis in ecclesia Hulsselensi 21 aprilis ante meridiem.

D. pastor non obstante senectute commendatur a suis a sufficientia in habendis concionibus et sacramentis administrandis.

Unum hic beneficium est, videlicet B. Mariae, cujus rector est D. pastor in Reussel. Omnia altaria prophanata. In choro altare portatile. Erat hic reditus quidam quatuor fl. annue ab aliquo tempore redemptus quia redimibilis, et per mortem aeditui nondum expositus; attamen prima opportunitate, uti promiserunt, exponendus. Injunctum custodi, ut superpelliceum sibi procuret.

## Netersel.

Acta visitationis in ecclesia Netersel eadem die post meridiem.

Conqueritur D. pastor quod tantum recipiat octo fl. pro celebratione unius missae hebdomadatim, <sup>83</sup>), quam ecclesia celebrari curat, cum tamen Rev. D. praepositus Postulensis, ad quem tamquam a Sermis Suis Celsit. bus deputatum (quia capella castrensis est aut fuit) spectat ecclesiae computus audire, cupiat D. pastori secundum ordinationem Rev.mi D. persolvi duodecim fl. <sup>64</sup>).

Injunctum custodi, ut superpelliceum sibi emat, aut ab ecclesia, si forte teneatur, emi curet.

## Poppel.

Acta visitationis in ecclesia Poppellensi 15 junii ante meridiem.

In conclusionibus computuum tam aedituorum quam magistrorum mensae pauperum apparebant utcumque notabiles restantiae, sed serio moniti sunt, ut in iis persolvendis diligentiam adhiberent.

Quatuor in hac ecclesia sunt beneficia, quae per R.mum D. Masium pia memoriae unita personalem dicuntur requirere residentiam.

Quando Rev. mus D. in visitatione sua hanc ecclesiam visitavit, quia controversiae erant inter D. Pastorem et communitatem de reparatione ecclesiae, petiit R.mus D a scabinis, sub qua diocesi quondam fuissent, Leodiensi an Cameracensi, et responderunt scabini, quod putarent se fuisse sub Cameracensi. Nunc vero iidem scabini melius informati dicunt se habere certa documenta, quod fuerint sub diocesi Leodiensi. Unde, inquit, videtur consequens ex resolutione R.mi D., ipsis tunc temporis (ut aiunt) data, D. pastorem ratione decimarum teneri ad susten-

tationem et reparationem navis ecclesiae, majoris campanae et ornamentorum in summo altari subministrationem.

Non bene conveniebat inter D. Pastorem et communitatem super admissione novi capellani seu primissarii, sed intelligo quod D. pastor super hac te R. mum D. consuluerit.

Hospita illa quae in capitulo pastorum querelas apud R. mum D. veniebat depositum, adhuc conqueritur quod non possit a D. pastore accipere sex florenos, pro quorum solutione D. pastorem dicit respondisse. D. pastor autem simpliciter negat.

#### Goirle.

Acta visitationis in ecclesia Goirlensi eadem die post meridiem.

Nihil in hac ecclesia singulare occurrit praeter ea, quae jam in punctis generalibus praemissa sunt; et pro calice illo argenteo deaurato, quem ab annis triginta aut circiter communitas venderat, novus sub manibus aurificis est.

#### Tilburg.

Acta visitationis ecclesiae Tilborgensis 16 junii ante meridiem.

Sunt in hac ecclesia sex beneficia per unionem redacta ad duo. Horum unum vacavit a festo Nativitatis Domini et modo vacat et nullus interea explevit, nec modo explet onera missarum. Sed quia R. mus D. hujus rei videtur habere notitiam, nihil dixi<sup>66</sup>).

Sunt hic etiam haeritici et alii scandalose viventes, quorum nomina habet R. mus D.

#### Moergestel.

Acta visitationis in ecclesia Gestellensi eadem die post meridiem.

Tria in hac ecclesia sunt beneficia, quorum rectores absentes sunt, at missarum onera beneficiis incumbentia plene ac debite explentur.

Communitas aliquando gravat mensam pauperum bene dotatam ad usum fabricae.

D. primissarius, qui percipit beneficiorum fructus, dicit amissum esse aut non solvi certum redditum duorum modiorum siliginis, cum tamen hujus redditus hypotheca nota sit et prope ecclesiam sita. Ut autem diligentiam in veritate hujusce rei investiganda adhiberet, ipsum hortatus sum.

Fiunt inutiles expensae in reddendis computibus, etiam cum aliquorum querela<sup>67</sup>).

Monui communitatem de reparatione scholae, quae magna reparatione indigebat.

Erant hic aliqua reformanda in registris baptizatorum et conjugatorum, sed cum de iis monitus sit D. pastor, facile in posterum emendabit.

Altaria sunt portatilia.

#### Hogemierde.

Acta visitationis in ecclesia de Hogemierde 20 junii ante meridiem.

Tria in hac ecclesia sunt beneficia. Rector beneficii S. Johannis habitat Sylvaeductis in seminario Rev.mi D., a quo dicitur habere dispensationem, ut onera missarum beneficio incumbentia in loco residentiae explere possit <sup>68</sup>). Beneficium S. Barbarae modo vacat; officium ejus peragitur per D. pastorem. Rector beneficii B. Mariae a pauco tempore factus D. Theodorus Lauarts, primissarius et ludimagister in Legemierde et ratione hujus beneficii celebratur solum unum sacrum, cum tamen fundatio requirat duo hebdomadatim et nihil constet de reductione <sup>69</sup>). Altare B. Mariae prophanatum.

Fiunt inutiles expensae in reddendis computibus <sup>70</sup>). Vendidit communitas aliquando aliquos ecclesiae census ad reparationem turris, quae minabatur ruinam. Non constat an consensum ordinarii habuerunt <sup>71</sup>). Monui autem congregatos, ne aliquid in venditione bonorum ecclesiae aut mensae pauperum in posterum attentarent sine expresso consensu ordinarii.

Quidam Arendonckanus hic habitans non frequentat ecclesiae sacramenta, nec ecclesiam.

Wat hierop nog volgt over de relieken van St. Odradis en over zekere steenhoop in de kerk werd reeds medegedeeld in B.B. XXIII 72.

#### Lagemierde.

Acta visitationis in ecclesia Legemierdensi eadem die post meridiem.

Quatuor hic beneficia sunt, quorum tria unita et ad sustentationem primissarii incorporata. Quarti beneficii, quod est S. Andreae, rector est D. Cornelius, canonicus Turnhoutanus; ex fundatione obligatur rector ad duo sacra hebdomadatim celebranda, cum tamen unicum solum celebratur et nihil constet de reductione. <sup>72</sup>). Tenetur idem rector quotannis distribuere (ut dicunt magistri

mensae pauperum et super hoc querelas deponunt) panes pro tribus florenis, quae distributio abhinc 4 aut 5 annos penitus intermissa est. 73)

Erant hic etiam querelae de D. Theodoro Lauarts, primissario et ludimagistro, quod scholae non ita diligentem curam haberet; attamen cum discessum cogitaret, communitas ipsum retinuit, etiam aucto, ut opinor, stipendio, unde in hoc jam speratur magna emendatio. Conquerebatur etiam D. pastor de ipso, quod nihil eorum praestet quae Rev.mus D., ut patet ex litteris manu Rev.mi D. scriptis, ipsi injunxerat, quae erant vitare tabernas, catechizare et idoneum se reddere, qui possit pastori adjutorio esse in administrandis sacramentis, ad quae duo postrema ratione beneficiorum obligatur. 74). At mandatum R.mi D. ipsi de novo inculcatum est, ut in his etiam speretur futura emendatio 75).

Ciborium quoddam satis pretiosum ante annos 50 aut circiter fuit ab ipsa communitate divenditum et pecunia inde recepta in usum communitatis cessit. At ut de novo faciendo cogitarent, monui ibi congregatos.

Applicantur subinde bona mensae pauperum ad reparationem fabricae et ludimagistri sustentationem. Dicebat quidam ex notabilioribus fore operae pretium si pro temporis opportunitate visitarentur munimenta originalia bonorum mensae pauperum. Existimat enim, quod quidam reditus siliginis persolvantur secundum reductionem, cum tamen in specie persolvi deberent. In qua re ut diligentiam suam adhiberent, monui D. pastorem, scabinos et magistros mensae pauperum.

In choro altare portatile.

### Bladel.

Acta visitationis in ecclesia Bladelensi 21 junii anti meridiem.

Duo in hac ecclesia sunt beneficia: unum B. Mariae, cujus rector est D. pastor in Netersel, alterum S. Crucis, cujus rector est D. Paulus habitans in Oevel. 76) Singuli rectores celebrant aut curant celebrari hebdomadatim unicum tantum sacrum, cum foundationes requirant duo et nihil constet de reductione 77). Altare S. Crucis est prophanatum.

Est hic redemptus pro majori, dicebant, bono mensae pauperum census trium florerorum, qui tamen erat irredimibilis, non praehabito consensu ordinarii, at pecunia capitalis iterum exposita. In hoc solummodo a me moniti sunt, ne in posterum similia sine consensu ordinarii attentarent.

Conqueruntur aeditui quod pocula vini debita ecclesiae jam a

paucis annis fuerint redempta quinque assibus, cum antea redimerentur sex.

Injunctum ut abusum faciendi proclamationes in ecclesia tollant.

#### Hapert.

Acta visitationis in ecclesia de Hapert eadem die post meridiem.

Multum incolae conqueruntur de ruina ecclesiae. De bonis abalienatis, vel in Hapert vel in Hogeloon, ego nihil intelligere potui. Pauci enim erant congregati, ut nusquam pauciores, praesertim in Hogeloon.

#### Hogeloon.

Acta visitationis in Hogeloon 22 junii ante meridiem.

In conclusionibus computuum magistrorum mensae pauperum apparebant utcumque notabilis restantiae; facile enim ex restantiis debebantur mensae pauperum quingenti floreni. Unde ut diligentiam in iis exigendis adhiberent, eos hortatus sum<sup>78</sup>).

Injunctum custodi, ut superpelliceum sibi emat, aut ab ecclesia, si forte teneatur, emi curet.

#### Casteren.

Acta visitationis in ecclesia de Casteren eadem die post meridiem.

Communitas multum conqueritur de mala reparatione ecclesiae<sup>79</sup>). Spectat autem reparatio, inquit, partim ad Rev. D. Praepositum Postulensem, partim ad capitulum Becanum.

#### Best.

Acta visitationis in ecclesia de Best 27 junii post meridiem.  
Nihil hic singulare occurrit.

#### Oostelbeers.

Acta visitationis in ecclesia de Oostelberze 28 junii ante meridiem.

In conclusionibus computuum bonorum mensae pauperum apparebant hinc inde utcumque notabiles restantiae, sed diligentia

D. pastoris hic defectus in dies corrigitur.

Conqueruntur incolae de mala reparatione ecclesiae, quae reparatio, inquit, incumbit Rev. D. praelato Tongerloensi.

Injunctum custodi, ut nunquam in administratione Sacramentorum D. pastori sine superpelliceo adsistat.

#### Middelbeers.

Acta visitationis in ecclesia de Middelberze eadem die post meridiem.

Petiit D. pastor moneri confratres B. Mariae, ne oblationes, proventus aut pia legata in usum indebitum expendant. Sed jam antea, ut apparet, moniti per Rev. mum D., si quis hac in re abusus fuisset, eum penitus tollere proposuerant.

Candelae, quae in Purificatione B. Mariae quotannis distribui solent iis, qui ad primissarii sustentationem alunt oves, emuntur pecunia fabricae.

Vendidit communitas olim argenteum calicem, at de novo emendo cogitat.

Anselmus Henrici et Joanna Henrici conjuges sine autoritate publica vivunt separatim; vir enim habitat in Limde et, ut dicitur, non vult uxori cohabitare, mulier autem domicilium suum habet in Middelberze.

In computibus (ut dicebant) nullus erat notabilis defectus; ego enim computus non vidi, cum clavis cistae, ubi servantur, non passet inveniri.

#### Diessen.

Acta visitationis in ecclesia Diessensi 30 junii ante meridiem.

Foundationes et principalia registra beneficiorum hujus ecclesiae servantur in archivis Tongerloensibus.

Haereticus in hac communitate unus est, Petrus textor.

Actum Hilwarenbecae anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, mensis vero julii die decima.

Mattheus Langhecrucius, pastor Hilwarenbecensis et decanus christianitatis.

Naar aanleiding van bovenstaand verslag woonde Zoesius op 28 augustus van datzelfde jaar (1617) te Hilvarenbeek persoonlijk de jaarlijkse pastoorsvergadering bij <sup>80</sup>), om zich zodoende met de pastoors van het dekenaat mondeling te kunnen beraden over de

gebreken en misbruiken, die blijkens de dekenale visitatie in de diverse parochies bestonden, en over de maatregelen, die daartegen dienden genomen te worden. De korte notities, die hij tijdens die vergadering op schrift liet stellen, kunnen het verslag van Langhecrucius betreffende enkele parochies nog enigszins toelichten en aanvullen. Zij volgen hier <sup>81)</sup>:

**Moergestel.** D. pastor aget cum officariis, ut computus quam minimo sumptu fiat, et asserit nullas notabiles expensas fieri.

**Eersel.** Coemiterium est clausum; abstinebit monitus a tabernis:

**Wintelre.** Quia parochia de Wintelre est quarta capella, quae non obligatur nisi ad unam missam hebdomadatim, dicunt canonici Oirschotani quod non obligentur ad celebrandam missam feria 4a <sup>82)</sup>.

**Arendonk.** D. pastor transmittet scripto informationem de terris pauperum venditis et dicit necdum plane esse factum.

Nomina frequentantium coenam calvinisticam: Anthonius Rey-  
nen cum uxore, de aliis non ita clare constat.

**Reusel.** Pratum illud venditum est propria autoritate per secretarium ante quatuor aut circiter annos. D. pastor suscipit in se monitionem faciendam secretario.

D. pastor cum aedituis aget cum D. Postellano quoad confectionem altaris et reparationem chori.

Non est practicabilis impositio illa de non molendo, nisi omnes pastores conspirent, quod fieri non potest sine speciali determinatione diei per Rev.mum D. <sup>83)</sup>

**Netersel.** Data est acta.

**Poppel.** Monitus sub poena; deliberabit quid faciet.

**Hogemierde.** D. pastor suscipit in se quod arrestabit fructus beneficiorum, donec constet de reductione.

D. Pastor allaborabit, ne fiant inutiles expensae in reddendis computibus et ut statuatur aliqua exigua summa.

De censibus non constat bene D. pastori quales fuerint, fama tamen est esse aliquos alienatos in exstrukione turris.

**Lagémierde.** Celebrantur iterum duo sacra et non est obligatio ad plura. D. pastor visitabit 1a oportunitate scripta in archivis.

**Bladel.** D. pastor monebit sub poena arrestationis fructuum, ut beneficiati celebrent duo sacra.

**Hogeloon.** Absens.

4. Visitatieverslagen van Petrus Rysinghius, pastoor van Arendonk en landdeken van Hilvarenbeek, 1620-1627<sup>84)</sup>.

## Verslag over het jaar 1620.

Reverendissime in Christo Pater.

Mitto R. V. Paternitati hisce breviter comprehensa quae in nuperrima ecclesiarum districtus Bekensis visitatione pro rerum eventu et occasione adnotanda putavi. Ac primum pro ordine alphabetico in parochia de

**Bladel:** ob D. Pastoris aut senium aut alia nescio quae impedimenta non satis aboleri posse inveterata quaedam, maxime ad extraordinarie potitantum et aliter diebus dominicis et festis, etiam ante meridiem, exorbitandum peccata, nisi per subsidium alicujus boni et exacti primissarii, qui populo catechismum paulatim debite explicet. Talem vero ad finem hujus anni sese conducturos. Multa etiam in templo restauratione egere eamque quam primum possint futuram. Proclamations profanarum rerum post tot prohibitiones annue renovatas adhuc fieri in templo. Deinde computibus quibusdam mensae pauperum aliqua adhuc deesse, sed magistros id brevi suppleturos.

In **Berze canonici** sat bono statu omnia videri constituta.

**Berze** vero **monachi** etiam melius se habere.

In **Casteren** pro sedulitate D. pastoris et bonâ simplicis populi indole nihil reprehensione dignum se obtulisse.

In **Netersel** nonnisi aeneum calicem esse, sed communitatem ad finem anni empturam alium, saltem superius argenteum.

In **Diessen** omnia non parum praedicanda, unum vero haereticum hominem textorem ex partibus Eyndhoviensibus eò appulisse, quem D. pastor hactenus frustra ad conversionem pellicere conatus est.

In **Gestel** prope Oosterwyck non satis exactam haberi curam altarium et ornamentorum sacerdotalium; et quosdam D. pastori videri imputare sacras hostias ejus culpa in terram sparsas in itinere ad infirmos, sed a scabinis et aliis eo convocatis repertum neminem, qui id affirmare potuerit et ad Rev.mam S. Paternitatem id totum jam antè delatum esse.

In **Goorle** nihil aliud notatu dignum me reperisse quam D. primisarium aliquo modo diversoria sectari.

In **Hulsel** conqueri communitatem de D. pastore, quod solita anniversaria non servet, id vero totum R.mae S. P. exposuisse indeque resolutionem expectare.

In **Mierda superiori** omnia pro ratione temporum bene transigi.

In **Mierda inferiori** consimiliter.

In **Poppel** quibusdam altaribus deesse suas mappas, antependia et suppedanea, atque etiam ornamenta sacerdotalia aequo tenuio-

ra; aedituos vero serio promississe meliora propediem procuranda. Deinde quemdam malevolum hominem (qui D. pastori multum saepe negotii facessit pessimis diceriis, sed passim omnium opinione falsis eum persequendo) aliquoties in Paschate non communicasse, neque adhuc velle; praetorem vero Turnhoutatum ea de causa juridice contra eum egisse et injurias D. pastori illatas multare cepisse.

Computus diende quosdam mensae pauperum nondum plene factos, sed pro magistrorum sponsione breve futuros.

In **Reusel** proclamationes profanas iterum in templo fieri, postquam aliquanto tempore, secundum prohibitionem illis annue factam, extra illud factae erant. Quare contra eos et Bladelenses, in hoc simul conspirantes, arctiori poena procedendum. Computus etiam aliquos mensae pauperum suos defectus habere, sed magistris iisdem sine dilatione satisfacturos.

In **Tilborch** omnia laude digna atque ad imitationem facile omnibus proponenda, quae ecclesiam et officium D. pastoris concernunt. Eum vero molestissimum habere negotium cum quodam incoestuoso, quem jam pridem ad Rev.mam S.P. detulisset. Deinde aliquot vagos malae fidei homines ibidem commorari, sed quorum genio D. pastoris arbitrio nonnihil ad tempus indulgendum, atque ideo eorum nomina nondum scripta.

In **Vessem** nihil querelae de quoquam percepisse.

In **Wintelre** cum D. pastore diuturniori morbo valde languido etiam quaedam alias promissa modo languere, nominatim quae ad concludendum cimiterium necessaria, quae post aliquot septimanas expedienda jam dixerunt; D. pastorem vero morbi vehementia et morâ eò devenisse, ut ei fere necessaria desint, neque aliunde ei quidquam subsidii restare, cum omnes pene consanguinei aequae pauperes habeantur.

Atque ita breviter Rev.mae S. P. descripsisse mihi videor quae de suprascriptis ecclesiis ex locorum magistratibus et aliis eodem congregatis investigare potui. Ad quorum finem me eidem R. S. P. quam himillime atque officiosissime possim ex animo devoveo et commendo. Hac 16 julii 1620.

R. S. P. humillimus cliens

Petrus Rysinghius, pastor in Arendonck.

Bisschop Zoesius richtte in 1621 twee nieuwe dekenaten op, Bergeijk en St. Oedenrode. Van toen af telde het dekenaat Hilvarenbeek zes parochies minder. De parochie Best was bij het dekenaat St. Oedenrode gevoegd en Casteren, Duizel, Eersel, Hapert en Hogeloon bij het dekenaat Bergeijk.

## Verslag over 1621.

Rev. in Christo Pater.

Pro commissione a R. S. P. ad eam rem nihi facta, visitavi hoc anno 1621 parochias districtus Bekensis et in singulis, solito examine facto, omnia quorum notitiam respectu muneris nostri quaque ratione habere possim et debeam, in eodem pene statu adhuc versari ibidem deprehendi, quem de iisdem anno 1620 superiori breviter descriptum Rmae S. P. tunc transmisi, hoc est, ut paucis absolvam, in sat aequo ac tolerabili secundum temporis praesentis sortem. Ita ut nihil novi adnotandum modo venerit quam quod computibus mensae pauperum ferme ubique nonnulla supersint addenda, quae tamen prae debitorum penuria aliquantulo tempore iis indulgenda.

Et hoc unum notatu dignissimum de parochia **Wyntelre**, quod jam ab uno mense et amplius careant parcho aut sacerdote ad pastoralia qualibet ministeria iis necessaria, ita ut jam nuperrime duo adulti et Sacramentorum capaces iisdem non muniti obierint.

Hisce paucis R. S. P. ecclesiae Dei quam diutissime incolumem voveo hac 15 junii 1621.

R S. P. humillimus cliens

Petrus Rysinghius, pastor in Arendonck et  
archipresbyter districtus Bekensis.

In dorso van het stuk de aantekening van Zoes:

D. Pastoris in Arendonck decani Bekensis acta pro anno 1621.

Daaronder:

Verbo dixit in **Reusel** et **Bladel** proclamationes adhuc fieri in ecclesia contra Statuta Conc. Prov. Mechliniensis.

In het stuk ligt nog een papiertje, waarop novolgende aantekeningen van Zoes over het St. Anna-altaar te **Arendonck**:

Hac 8 julii 1621 D. pastor in Velthoeven mihi ostendit litteras foundationis S. Annae in ecclesia parochiali de Arendonck tempore D. Erardi à Marka <sup>85</sup>); et oneratur 5 missis per septimanam, valet circiter 70 fl. annue. Possessor est dictus pastor <sup>86</sup>).

Hodie 29 julii 1621 ostendit mihi pastor in Velthoven litteras D. Crabbeels piae mem., ubi duae missae, quae tantum dicuntur habere duodecim florenos annuos, reducuntur ad unam; et sic manent ad onus capellae S. Annae quatuor missae.

Het kort verslag der visitatie van Rysinghius over 1622 vindt men in B B XXII 305-306.

## Verslag over 1623.

## Revme in Christo Pater.

Jam nuper percurreram parochias districtus Bekensis et quae notanda videbantur haec pauca hic descripta, ipse ad R. S. P. statim delaturus eram, verum non satis par itineri, modo per alium transmittito.

In **Poppel** est quidam Joannes Schellekens multum molestus D. pastori, adeo ut ob hoc a praetore Turnhoutano jam pridem in jus vocatus sit, et re sic pendente a pluribus annis non communicavit. Volebam eum coram rerum suarum obiter monere, sed existimabat D. pastor sibi adhuc parumper relinquendum dum jus quid in eis statuerit. Magistros mensae pauperum ibidem reperi aequo tardiores in absolvendis computibus superiorum annorum; extimulatus sum eos quantum potui, ut quamprimum id effectum reddatur.

In **Goorle** pene in eodum statu, hoc est secundum tempora haec satis mediocri, omnia videbantur consistere.

**Tilborch** nihil querelae dedit, imo non pauca prae se fert exempla ad quaevis optima, aliis ecclesiis imitanda.

In **Moergestel** delitescit quidam incoestuosus magno cum scandalo, qui nisi meritas luat poenas, indubie computrescet in sordibus suis.

In **Diessen** omnia pervigili D. pastori correspondent et laudem merentur non exiguam.

In **Berze canonici** nihil jam reprehensione dignum occurrebat.

In **Berze monachi** fere consimilia quaelibet esse puto.

In **Vessem** quae offerebantur pauca de restaurandis altarium ornamentis facile transegimus.

In **Wyntelre** existimo melius omnia transigenda per modernum sui deservitorem.

In **Bladel** non carent sua difficultate in computibus mensae pauperum, ursi omnia quantum potui.

In **Netersel** nihil notatum dignum erat.

In **Hulsel** conquerebatur D. pastor ludimagistro singulis annis ex mensa pauperum ad complendum ejus stipendium dependi 8 fl. et computus ejusdem mensae et fabricae a tribus jam annis non conclusos. Anniversaria vero omnia antiqua nuper redacta esse in beneficium unum, cui annexum sit sacrum Venerabilis Sacramenti 6 fl., nec fieri officium, dum ordinatus sacerdos erat quidam Eersellensis, quem Bladellenses proximo festo Bavonis pri-missarium haberent.

In **Ruesel** in dies pejora audiuntur de majero et donec in officio fuerit non facile ad mentem rediturus videtur. Officium altaris S. Antonii, cujus rector est D. Laurentius Leppens, et S. Annae, quod obtinet D. pastor in Oevel, jam a festo S. Joannis Bapt. non curatur fieri.

In **Legemierde** et **Hogemierde** nihil erat, de quo quis conqueratur.

Si quid vero minoris querelae alibi occurrebat, pro tempore non videbatur notandum. Quare hic breviter ita descriptum habeat statum hujusce districtus Sua Rev.ma P., quam Deus Opt. Max. diutissime sospitet.

Hac 14 julii 1623. R. S. P. humillimus in Christo servus  
 Petrus Rysinghius, pastor in Arendonck.

Onder het verslag de aantekening:

Non raro occurrit ruri difficultas ex vino rhenano seu franco ob nimis facilem sui immutationem in aestate; verum intelligo in diocesi Antverpiensi decursu temporis aestivalis debere adhiberi hispanicum in missa.

Verslag over 1624.

Rev. in Christo Pater.

Jam nuperrime superiori mense iterum visum ivi omnes parochiales ecclesias districtus Hilvarenbecani, nihilque ibidem ex iis, quae muneris nostri quaqua ratione esse videri poterant, singulari animadversione dignum occurrebat praeter haec breviter descripta. Et primum quidem:

In **Poppel** post tot desuper eis datas admonitiones plurium annorum mensae pauperum debita nondum persoluta; sponderunt vero omnes de magistratu se jam incunctanter rationem inituros, qua id tandem effectum reddatur. Supellectilem illius ecclesiae, altarium mappas etc. esse pertenuem. Duos etiam pluribus annis in Paschate non communicasse, quorum unus D. capellanum loci preterito anno, ut fertur, graviter vulneraverat; alter vero ipsi D. pastori valde petulanter passim obstrepere solet. At uterque jam pridem a praetore Turnhoutano hac de causa in jus vocatus, satis exagitandus putatur; Communionis vero sacrae postea subsequuturae rationem habiturus est D. pastor.

In **Ghestel** prope Oosterwijck aequo tardiores in faciendis com-

putibus mensae pauperum de novo ad executionem urgendos fore. Ibidem adhuc delitescit, obsurdescit, computrescit in incoestu nefarius ille homo Antonius Luyten, sine mora isthinc graviori poena propellendus; et videbatur D. pastor loci jam satis in hoc conquiescere, quod Rmae S. P. res tota jam pridem innotuerit.

Schola etiam a D. capellano diu neglecta et modo plane relicta alteri patet.

In **Berze canonici** D. pastorem forte aequo plus sese immiscere temporalibus quibusdam controversiis inter Vessemienses et ipsos de Berze exortis, licet optimo ut apparet zelo.

In **Bladel** sub moderno sene D. pastore non sperandam notabilem morum correctionem adeo rudis et imperitae plebis, D. tamen primissarius, ut intellexi, quantas potest illi fert suppetias catechizando et videtur rerum suarum valde studiosus.

In **Reusel** nihilo melius se habere illum majorem, de communi infamia Rmae S. P. aliquando descriptum; eo tamen astu videtur rem agere, ut satis aegre palam corripendus existimetur; D. vero pastor conductitius loci sepe nonnihil animo ac necessaria autoritate fluctuare videri possit ob futuram emigrationem ad decursum termini constituti, <sup>87)</sup> ut ei exoptemus merito solidam ac fixam alterius ministerii assecutionem.

In **Husel** dicebat D. pastor de minusculis quibusdam debitis pro anniversariis aliquando relictis, quae ipsi in onus unius missae recipere vellet, Rev. mam S. P. quid aliud statuuisse.

D. religiosos de **Corssendonck** pro jussu Rmae S. P. etiam adivi et respondebat D. procurator sese perlibenter beneplacito R. V. P., quantum per Ordinem quidem liceret, velle acquiescere <sup>88)</sup> et in absolutam causae resolutionem expectandum D. priorem suum mense octobri forte adfuturum. <sup>89)</sup>

Haec vero pauca nunc sola sunt, quae R. S. P. hic deccribenda reperi. Quibus eidem quanto licet animo quaeque salutaria apprecamur. Hac 5 julii 1624.

R. S. P. humillimus in Domino cliens  
Petrus Rysinghius, pastor in Arendonck.

Over 1625.

Rev. in Christo Pater.

Pro more solito mandato Rmae S. P. jam nuperrime decurri omnes parochias districtus Hilvarenbecani, nihilque in iis notatu ac reprehensione dignum reperi, ita ut ausim dicere et ex eis, quae post debitum examen magistratus cujusque loci potui perci-

pere, Rmae V. P. fidenter hisce paucis testificari, quod praecipua quaeque et passim omnia, quae ad statum ac regimen ecclesiarum pertinere queant, juxta presentis temporis circumstantias satis conformiter aequitati se habere videantur. Non existimo tamen silentio praetereundum quod jam diversis annis notavi.

In **Moergestel** ab aliquot annis non redditos computus mensae pauperum neque ecclesiae post expressum R. S. P. mandatum desuper eis saepius datum. Et ibidem in antiquis sordibus etiamnum delitescere incoestuosum illum, qui jam pluribus vicibus Rev mae S. P. ea de re fuit descriptus. Et quod mihi valde insolitum ac mirum visum est, D. pastorem id certe parvi aut nihili, ut loquebatur, ducere eo quod haec Revmo sat nota et saepius per eum dicta essent. Quidquid de hoc sit, necessario sine ulteriori mora e medio ipsius populi proscribendus aut quomocumque debite mulctandus famosus ille incoestuosus.

Hisce adderim D. pastorem in **Hulsel** jam inde ab initio suae residentiae in illa parochia usque modo nulla exolvere anniversaria, et legata ad hanc rem nulla ab eo recipi et manere sub debitoribus, eo quod non videantur sufficere officio persolvendo. Videtur tamen D. Paulus, deservitor in **Netersel**, si ei de venia Rmae S. P. permittatur recipere debita, paratus singulis septimanis venire in **Hulsel** ad persolvendum officium.

Jam vero nihil aliud de caeteris parochiis suppetebat scribendum, neque, ut existimo, adesse potero in proxima decanorum congregatione ob grassantem pestem in populo nostro, quae D. sacellanum nostrum et me continuo domi detinet. Si quae vero nova in reformationem ecclesiarum per R. S. P. servanda statuuntur, potero ea postea recipere.

Porro quanto possim affectu Rmae V. P. hisce paucis quaeque optima in Domino apprecor.

Hac 20 julii 1625.

R. S. P. humillimus in Christo cliens  
 Petrus Rysinghius, pastor in **Arendonck**.

Verslag van Rysinghius ingediend bij Ophovius over 1627.

Rev. in Christo Pater.

Jam nuperime ex commissione, mihi aliquando licet minus digno ad hanc rem data, pro solito more decurri omnes parochias districtus **Hilvarenbecani** et ex superioribus viris cujusque loci, aedituis et magistris mensae pauperum, quantum poteram in-

vestigare conatus sum, quo modo se omnia ea haberent, quae ad uniuscujusque ecclesiae statum seu bonam gubernationem et alia his affinia quae ratione pertinere videbantur. Quae vero ex omnibus maxime denotatu digna reperi, sic breviter R. P. V. descripta dabo.

Ac lum quidem in **Poppel**, unde juxta communem itineris nostri tractum exordiri solemus, non semel intellexi ac coram ipse observavi, quod D. pastor in quibusdam, quae ad dispensationem ac directionem bonorum mensae pauperum spectent, plus aequo ductum sui genii sequi videatur, praeteritis seu non consultis iis, quibus simul e magistratu ea res concredita. Unde contingit ei subinde nonnihil turbae ac obloquii a populo fieri, cum alioquin rerum suarum pastoralium dico et officii divini gravitate satagat; quod totum facere vel uno Rmae S. P. verbo occasione data in meliorem partem mutuae seu perfectioris inter eum et communitatem pacis ergo inflecti possit.

Unus vero hic e plebe, ni fallar Joannes Schellekens, causa aliqujus magni dissidii, quod ei ab annis aliquot cum D. pastore acciderat, communicare renuit.

In **Goirle** inveni venerabilem D. pastorem gregi suo simplici et bona indolis unacum suo D. vicario, qui munus concionandi pene solus obit, D. pastore suo ob pectoris angustias etc. ad hoc minus habili, sedulo invigilare.

In **Tilborg** nihil reprehensione dignum, quinimo ad exemplum aliis ecclesiis proponenda omnia quae vidimus.

In **Moergestel** non similiter, sed longe secus plura se habere deprehendimus. Ac lum quidem computus tam ecclesiae quam communis mensae nescio a quot annis neglectos, neque vel aliquantulum factos, de quo etiam saepius conquestus fui frustra hactenus; sponponderunt tamen scabini, absente quando aderam pastore, se quam primum rem effectam duros. Delitescit hic etiam quidam incoestuosus, nimirum Antonius Luyten, cum sorore uxoris suae diu defunctae negotium carnale reique familiaris etc. habens. Sed post frequentem ejus denunciationem a me et D. pastore, ut ipse ait, Rmo D. ultimo vita functo debite factam, nondum, ut apparet, efficaci adhibito remedio, D. pastor in posterum nihil de hoc amplius dicturus erat. An vero ipse satis decenter cum ea habitet, quae ei primaria ancilla dicitur et aliquando cum adolescente in Oisterwyck, ubi famulabatur, carnaliter peccasse dicitur, non ausim affirmare. Sed hoc occasione nata juxta arbitrium Rmae V. P. amplius, latenter tamen et modeste, discuti possit.

In **Diessen** omnia, ut solent, etiamnum sat bono in statu pro hac tempestate versari existimo.

Neque in **Middelberze** notabili animadversione pro nunc dignum quicquam censui.

